sumpsit filiolum sanctum suum ut nutriret eum in mundo. Ac puer pausauit mutuo in similitudine ac puer pausauit mutuo in similitudine egyptiorum. Et mortuus est puer. Et ecce ait ad eum angelus dei. Surge et sume puerum et matrem eius et vade in terram israel. Mortui enim sunt qui querebant animam pueri. Et surgens accepit puerum et matrem eius et intrauit terram israel. Audiens autem quod archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo timuit illuc ire. Et admonitus in somnio secessit in partes galilee. Et ueniens habitauit in ciuitate que uocatur nazareth. Et adimpletum est quod dictum est per prophetas quoniam nazareus uocabitur. In diebus illis uenit iohannes baptista predicans in deserto iudee et dicens. Penitentiam agite. Appropinquabit enim regnum celorum. Hic enim est de quo dictum est per esaiam prophetam dicentem. Vox clamantis in deserto parate uiam domini rectas facite semitas eius. Ipse autem iohannes habebat uestimentum de pilis camelorum et zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locuste et mel siluestre. Tunc exibat ad eum hierosolyma et tota iudea et omnis regio iordanis. Et baptizabantur ab eo in iordane flumine confitentes peccata sua. Quod cum uidisset multos pharisseorum et sadducseorum uenientes ad baptismum suum dixit eis. Progenies uiperarum quis ostendit uobis fugere a uentura ira. Facite ergo fructum dignum penitentie. Et nolite putare dicere intra uos patrem habemus abraham. Dico enim uobis quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Ego quidem baptizo uos in aqua in penitentiam. Qui autem post me uenturus est fortior me est cuius non sum dignus calciamenta portare. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto et igni. Cuius ventilabrum in manu eius et purgabit aream suam et congregabit triticum in horreum suum. Paleas autem comburet igni inextinguibili. Tunc uenit iesus a galilea in iordanem ad iohannem ut baptizaretur ab eo. Iohannes autem prohibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari et tu uenis ad me. Respondens autem iesus dixit ei. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem iesus confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi. Et uidit spiritum dei descendentem sicut columbam et uenientem super se. Et ecce uox de celis dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Tunc ductus est iesus in desertum a spiritu ut tentaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus postea esuriit. Et accedens temptator dixit ei. Si filius dei es dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est non in solo pane uiuit homo sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem et statuit eum super pinnaculum templi et dixit ei. Si filius dei es mitte te deorsum. Scriptum est enim quia angelis suis deus mandauit de te et in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi iesus. Rursum scriptum est non tentabis dominum deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum ualde et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum et dixit ei. Hec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei iesus. Vade retro satana scriptum est enim dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. Cum autem audisset iesus quod iohannes traditus esset secessit in galileam et relicta ciuitate nazareth uenit et habitauit in capharnaum maritima in finibus zabulon et nepthalim ut adimpleretur quod dictum est per esaiam prophetam dicentem. Terra zabulon et terra nepthalim uia maris trans iordanem galilea gentium populus qui sedebat in tenebris lucem uidit magnam et sedentibus in regione umbre mortis lux orta est eis. Exinde cepit iesus predicare et dicere. Penitentiam agite. Appropinquabit enim regnum celorum. Ambulans autem iesus iuxta mare galilee uidit duos fratres simonem qui uocatur petrus et andream fratrem eius mittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis. Venite post me et faciam uos fieri piscatores hominum. Illi autem continuo relictis retibus secuti sunt eum. Et procedens inde uidit alios duos fratres iacobum zebedei et iohannem fratrem eius in navi cum zebedeo patre eorum reficientes retia sua et uocauit eos. Illi autem continuo relictis retibus et patre suo secuti sunt eum. Et circuibat iesus totam galileam docens in synagogis eorum et predicans euangelium regni et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo. Et abiit fama eius in totam syriam et obtulerunt ei omnes male habentes uariis languoribus et tormentis comprehensos et qui dolores patiebantur et lunaticos et paralyticos et curauit eos. Et secute sunt eum turbe multe de galilea et decapoli et de hierusalem et de iudea et de trans iordanem. Videns autem iesus turbas ascendit in montem et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius et aperiens os suum docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt. Beati pacifici quoniam filii dei uocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint uobis homines et persecuti uos fuerint et dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me. Gaudete et exultate quoniam merces uestra copiosa est in celis. Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante uos. Vos estis sal terre. Quod si sal euanuerit in quo salietur ad nichilum ualet ultra nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio sed super candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona et glorificent patrem uestrum qui in celis est. Nolite arbitrari quoniam ueni soluere legem aut prophetas non ueni soluere sed adimplere. Amen quippe dico uobis donec transeat celum et terra iota unum aut unus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines minimus uocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit et docuerit hic magnus uocabitur in regno celorum. Dico enim uobis quia nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et pharisseorum non intrabitis in regnum celorum. Audistis quia dictum est antiquis non occides. Qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico uobis quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo raca reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te relinque ibi munus tuum ante altare et uade prius reconciliari fratri tuo et tunc ueniens offeres munus tuum. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es cum illo in uia ne forte tradat te aduersarius iudici et iudex tradat te ministro et in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est antiquis non mechaberis. Ego autem dico uobis quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Si autem oculus tuus dexter scandalizat te eruat eum et proice abs te expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te abscide eam et proice abs te expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum eat in gehennam. Dictum est autem quicumque dimiserit uxorem suam det illi libellum repudii. Ego autem dico uobis quia omnis qui dimittit uxorem suam excepta fornicationis causa facit eam mechari et qui dimissam duxerit adulterat. Iterum audistis quia dictum est antiquis non periurabis. Reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis non iurare omnino neque per celum quia thronus dei est neque per terram quia scabellum est pedum eius neque per hierusalem quia ciuitas est magni regis neque per caput tuum iures quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo uester est est non non quod autem his abundantius est a malo est. Audistis quia dictum est oculum pro oculo et dentem pro dente. Ego autem dico uobis non resistere malo sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam prebe illi et alteram. Et ei qui uult tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere dimitte ei et pallium. Et quicumque angariauerit te mille passus uade et alia duo. Qui petit a te da ei et uolenti mutuari a te ne auertaris. Audistis quia dictum est diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis diligite inimicos uestros benefacite his qui oderunt uos et orate pro persequentibus et calumniantibus uos ut sitis filii patris uestri qui in celis est qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniquos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt quam mercedem habebitis nonne et publicani hoc faciunt. Et si saluos feceritis fratres uestros tantum quid amplius facitis nonne et ethnici hoc faciunt. Estote ergo uos perfecti sicut et pater uester celestis perfectus est. Attendite autem ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in celis est. Cum ergo facis elemosinam noli tuba canere ante te sicut ypocrite faciunt in synagogis et in uicis ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua ut sit elemosina tua in abscondito et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Et cum oratis non eritis sicut ypocrite qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum et clauso ostio tuo ora patrem tuum in abscondito et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Et cum orabitis nolite multum loqui sicut ethnici putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis scit enim pater uester quid opus sit uobis antequam petatis eum. Sic ergo uos orabitis. Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua sicut in celo et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem sed libera nos a malo. Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet et uobis pater uester celestis. Si autem non dimiseritis hominibus nec pater uester dimittet peccata uestra. Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes. Exterminant enim facies suas ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Tu autem ieiunans unge caput tuum et faciem tuam lauato ut non uideas hominibus ieiunans sed patri tuo qui est in abscondito et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra ubi erugo et tinea demolitur et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem uobis thesauros in celo ubi neque erugo neque tinea demolitur et ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus ibi est et cor tuum. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt ipse tenebre quante erunt. Nemo potest duobus dominis seruire aut enim unum odio habebit et alterum diliget aut unum sustinebit et alterum contemnet. Non potestis deo seruire et mamone. Propterea dico uobis ne solliciti sitis anime uestre quid manducetis neque corpori uestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca et corpus plus quam uestimentum. Respicite uolatilia celi quoniam non seminant neque metunt neque congregant in horrea et pater uester celestis pascit illa. Nonne uos magis pluris estis illis. Quis autem uestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum. Et de uestimento quid solliciti estis. Considerate lilia agri quomodo crescunt non laborant neque nent. Dico autem uobis nec salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur deus sic uestit quanto magis uos modice fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur. Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester quia horum omnium indigetis. Querite ergo primum regnum dei et iustitiam eius et hec omnia adicientur uobis. Nolite ergo esse solliciti in crastinum crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse. Sufficit diei malitia sua. Nolite iudicare ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini et in qua mensura mensi fueritis remetietur uobis. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui et trabem in oculo tuo non uides. Aut quomodo dicis fratri tuo sine eiciam festucam de oculo tuo et ecce trabs est in oculo tuo. Ypocrite eice primum trabem de oculo tuo et tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus neque mittatis margaritas uestras ante porcos ne forte conculcent eas pedibus suis et conuersi dirumpant uos. Petite et dabitur uobis querite et inuenietis pulsate et aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur. Aut quis est ex uobis homo quem si petierit filius suus panem numquid lapidem porriget ei aut si piscem petierit numquid serpentem porriget ei. Si ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uestris quanto magis pater uester qui in celis est dabit bona petentibus se. Omnia ergo quecumque uultis ut faciant uobis homines et uos facite eis. Hec est enim lex et prophete. Intrate per angustam portam quia lata porta et spatiosa uia est que ducit ad perditionem et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta et arta uia est que ducit ad uitam et pauci sunt qui inueniunt eam. Attendite a falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uuas aut de tribulis ficus. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum sed qui facit uoluntatem patris mei qui in celis est. Multi dicent mihi in illa die domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus et in nomine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo uirtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis quia numquam noui uos discedite a me qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit uerba mea hec et facit ea similabo eum uiro sapienti qui edificauit domum suam super petram. Descendit pluuia et uenerunt flumina et flauerunt uenti et irruerunt in domum illam et non cecidit fundata enim erat super petram. Et omnis qui audit uerba mea hec et non facit ea similis erit uiro stulto qui edificauit domum suam super arenam. Descendit pluuia et uenerunt flumina et flauerunt uenti et irruerunt in domum illam et cecidit et fuit ruina illius magna. Et factum est cum consummasset iesus sermones hos mouebatur turba super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens et non sicut scribe eorum et pharisei. Et ecce leprosus uenit et adorabat eum dicens. Domine si uis potes me mundare. Et extendens iesus manum tetigit eum dicens. Volo mundare. Et continuo mundata est lepra eius. Et ait illi iesus. Vide nemini dixeris sed uade ostende te sacerdoti et offer munus quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autem introisset capharnaum accessit ad eum centurio rogans eum et dicens. Domine puer meus iacet in domo paralyticus et male torquetur. Et ait illi iesus. Ego ueniam et curabo eum. Et respondens centurio ait illi. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum sed tantum dic uerbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites et dico huic uade et uadit et alii uenit et uenit et seruo meo fac hoc et facit. Audiens autem iesus admiratus est et sequentibus se dixit. Amen dico uobis apud nullum tantam fidem inueni in israel. Dico autem uobis quod multi ab oriente et occidente ueniunt et recumbent cum abraham et ysaac et iacob in regno celorum. Filii autem regni eicientur in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit iesus centurioni. Vade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanata est puer in hora illa. Et cum uenisset iesus in domum petri uidit socrum eius iacentem et febricitantem et tetigit manum eius et dimisit eam febris et surrexit et ministrabat illis. Vespere autem facto obtulerunt ei multos demonia habentes et eiciebat spiritus uerbo et omnes male habentes curauit. Ut adimpleretur quod dictum est per esaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit et egritudines portauit. Videns autem iesus turbas multas circa se iussit ire trans fretum. Et accedens unus scriba ait illi. Magister sequar te quocumque ieris. Et dicit ei iesus. Vulpes foueas habent et uolucres celi tabernacula nidos sed filius hominis non habet ubi caput reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi. Domine permitte me primum ire et sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi. Sequere me et dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendente illo nauim secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari ita ut nauicula operiretur fluctibus ipse uero dormiebat. Et accesserunt ad eum et suscitauerunt eum dicentes. Domine saluum nos fac perimus. Et dicit eis iesus. Quid timidi estis modicefidei. Tunc surgens imperauit uentis et mari et facta est tranquillitas magna. Homines autem mirati sunt dicentes. Qualis est hic quia et uenti et mare obediunt ei. Et cum uenisset trans fretum in regionem gerasenorum occurrerunt ei duo habentes demonia de monumentis exeuntes sedentes in medio rubi ita ut nemo posset transire per uiam illam. Et ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis et tibi iesu fili dei. Venisti huc ante tempus torquere nos. Erat autem procul ab eis grex porcorum multorum pascens. Demones autem rogabant eum dicentes. Si eicis nos hinc mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis. Ite. Illi autem exeuntes abierunt in porcos. Et ecce impetu abiit totus grex per precipitium in mare et mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt et abeuntes in ciuitatem omnia nuntiauerunt et de hiis qui demonia habebant. Et ecce omnis ciuitas exiit obuiam iesu et uidentes eum rogauerunt ut transiret a finibus eorum. Et ascendens nauim transfretauit et uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei hominem paralyticum iacentem in lecto. Et uidens iesus fidem illorum ait paralytico confide fili remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum uidisset iesus cogitationes eorum dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus uestris. Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata aut dicere surge et ambula. Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata tunc ait paralytico. Surge tolle lectum tuum et uade in domum tuam. Et surrexit et abiit in domum suam. Videntes autem turbe timuerunt et glorificauerunt deum qui dedit potestatem talem hominibus. Et cum transiret inde uidit hominem sedentem in telonio matthaeum nomine et ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est dum recumberet in domo illius et ecce multi publicani et peccatores uenientes discumbebant cum iesu et discipulis eius. Et uidentes pharisei dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister uester. Iesus autem audiens ait. Non egent qui sani sunt medico sed qui male habent. Euntes autem discite quid est. Misericordiam uolo et non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum discipuli iohannis dicentes. Quare nos et pharisei ieiunamus frequenter discipuli autem tui non ieiunant. Et ait illis iesus. Numquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in uestimento ueteri. Tollit enim plenitudinem eius a uestimento et peior scissura fit. Neque mittunt uinum nouum in utres ueteres alioquin rumpuntur utres et uinum effunditur et utres pereunt sed uinum nouum in utres nouos mittendum est et ambo conseruantur. Hec illo loquente ecce princeps unus accessit et adorabat eum dicens. Quia filia mea modo defuncta est sed ueni impone manum tuam super eam et uiuet. Et surgens iesus sequebatur eum et discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis accessit retro et tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum uestimentum eius saluabor. Ipse autem conuersus et uidens eam dixit. Confide filia fides tua te saluam fecit. Et saluata est mulier ex illa hora. Et cum uenisset iesus in domum principis et uidisset tibicines et turbam tumultuantem dicebat. Recedite non enim mortua est puella sed dormit. Et deridebant eum. Et cum ejecta fuisset turba introiuit et tenuit manum eius et surrexit puella. Et exiit fama hec in uniuersam terram illam. Et transeunti inde iesu secuti sunt duo ceci clamantes et dicentes. Miserere nostri fili dauid. Cum autem uenisset domum accesserunt ad eum ceci et dicit eis iesus. Creditis quia hoc possum facere. Dicunt ei. Utique domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens. Secundum fidem uestram fiat uobis. Et aperti sunt oculi eorum et comminatus est illis iesus dicens. Videte ne quis cognoscat. At illi exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. Hec autem illis exeuntibus ecce obtulerunt ei hominem mutum demonium habentem. Et ejecto demonio locutus est mutus. Et admirate sunt turbe dicentes. Numquam apparuit sic in israel. Pharisei autem dicebant. In principe demoniorum eicit demonia. Et circuibat iesus ciuitates omnes et castella docens in synagogis eorum et predicans euangelium regni et curans omnem languorem et omnem infirmitatem. Videns autem turbas misertus est eis quia erant uexati et iacentes sicut oues non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis. Messis quidem multa operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Et conuocatis duodecim discipulis suis dedit illis potestatem spirituum immundorum ut eicerent eos et curarent omnem languorem et omnem infirmitatem. Nomina autem duodecim apostolorum sunt hec. Primus simon qui dicitur petrus et andreas frater eius iacobus zebedei et iohannes frater eius philippus et bartholomeus thomas et matheus publicanus iacobus alphei et lebeus qui cognominatus est thaddeus simon chananeus et iudas iscariotes qui et traditor fuit eius. Hos duodecim misit iesus precipiens eis dicens. In uiam gentium ne abieritis et in ciuitates samaritanorum ne intraueritis. Ite autem magis ad oues que perierunt domus israel. Euntes autem predicate dicentes quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate leprosos mundate mortuos suscitate demonia eicite. Gratis accepistis gratis date. Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis uestris non peram in uiam neque duas tunicas neque calciamenta neque uirgam. Dignus enim est operarius cibo suo. In quamcumque autem ciuitatem aut castellum intraueritis requirite quis in ea dignus sit et ibi manete donec exeatis. Intrantes autem in domum salutate eam dicentes. Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna ueniat pax uestra super eam. Si autem non fuerit digna pax uestra ad uos reuertatur. Et quicumque non receperit uos neque audierit sermones uestros exeuntes foras domum uel ciuitatem illam excutite puluerem de pedibus uestris. Amen dico uobis tolerabilius erit terre sodomorum et gomorreorum in die iudicii quam ciuitati illi. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim uos in consiliis suis et in synagogis suis flagellabunt uos. Et ante presides et reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent uos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim estis uos qui loquimini sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium et insurgent filii in parentes et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Cum autem persequentur uos in ciuitate hac fugite in aliam. Amen enim dico uobis non consummabitis ciuitates israel donec ueniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum neque seruus super dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut magister eius et seruus sicut dominus eius. Si patremfamilias beelzebub uocauerunt quanto magis domesticos eius. Ne ergo timueritis eos nichil enim est opertum quod non reuelabitur et occultum quod non sciatur. Quod dico uobis in tenebris dicite in lumine et quod in aure auditis predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere. Timete autem magis eum qui potest et animam et corpus perdere in gehenna. Nonne duo passeres asse ueneunt et unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribus pluris estis uos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo qui in celis est. Qui autem negauerit me coram hominibus negabo et ego eum coram patre meo qui in celis est. Nolite arbitrari quoniam ueni mittere pacem in terram non ueni pacem mittere sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum et filiam aduersus matrem suam et nurum aduersus socrum suam et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus et qui amat filium aut filiam plus quam me non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam et sequitur me non est me dignus. Qui inuenit animam suam perdet eam et qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam. Qui recipit uos me recipit et qui me recipit recipit eum qui misit me. Qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem prophete accipiet et qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet. Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in nomine discipuli amen dico uobis non perdet mercedem suam. Et factum est cum consummasset iesus precepta duodecim discipulorum suorum transiit inde ut doceret et predicaret in ciuitatibus eorum. Iohannes autem audiens in uinculis opera christi misit duos de discipulis suis et ait illi. Tu es qui uenturus es an alium expectamus. Et respondens iesus dixit eis. Euntes renuntiate iohanni quae audistis et uidistis. Ceci uident claudi ambulant leprosi mundantur surdi audiunt mortui resurgunt pauperes euangelizantur et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus cepit iesus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertum uidere arundinem uento agitatam. Sed quid existis uidere hominem mollibus uestimentis uestitum. Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere prophetam. Etiam dico uobis et plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit uiam tuam ante te. Amen dico uobis non surrexit inter natos mulierum maior iohanne baptista. Qui autem minor est in regno celorum maior est illo. A diebus autem iohannis baptiste usque nunc regnum celorum uim patitur et uiolenti rapiunt illud. Omnes enim prophete et lex usque iohannem prophetauerunt. Et si uultis recipere ipse est helias qui uenturus est. Qui habet aures audiendi audiat. Cui autem similem estimabo generationem istam. Similis est pueris sedentibus in foro et clamantibus uicissim dicentibus. Cecinimus uobis tibia et non saltastis lamentauimus et non planxistis. Venit enim iohannes neque manducans neque bibens et dicunt. Demonium habet. Venit filius hominis manducans et bibens et dicunt. Ecce homo deuorator et potator uini publicanorum et peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia a filiis suis. Tunc cepit exprobrare ciuitatibus in quibus facte sunt plurime uirtutes eius quia non egissent penitentiam. Ve tibi corozaim ve tibi bethsaida quia si in tyro et sidone facte essent uirtutes que facte sunt in uobis olim in cinere et cilicio penitentiam egissent. Verumtamen dico uobis tyro et sidoni remissius erit in die iudicii quam uobis. Et tu capharnaum numquid usque in celum exaltaberis usque in infernum descendes. Quia si in sodomis facte essent uirtutes que facte sunt in te forte remansissent usque in hodiernum diem. Verumtamen dico uobis quia terre sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi. In illo tempore respondens iesus dixit. Confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Etiam pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo et nemo nouit filium nisi pater neque patrem quis nouit nisi filius et cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos et discite a me quia mitis sum et humilis corde et inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est et onus meum leue est. In illo tempore ambulauit iesus sabbatis die a sationibus et discipuli eius esurientes cepere uellere spicas et manducare. Pharisei autem uidentes dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis die. Ipse autem dixit eis. Nonne legistis quid fecerit dauid quando esuriit ipse et qui cum illo erant quomodo intrauit in domum dei et panes propositionis manducauerunt quos non licebat ei manducare neque his qui cum eo erant sed solis sacerdotibus. Aut non legistis in lege quia sacerdotes in templo sabbatum uiolant et sine crimine sunt. Dico autem uobis quia templo maius hic est. Si autem scissetis quid est misericordiam uolo et non sacrificium numquam condemnassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis etiam sabbati. Et cum inde transisset uenit in synagogam eorum et ecce homo manum habens aridam et interrogauerunt eum dicentes. Si licet sabbatis curare. Ut accusarent eum. Ipse autem dixit ad illos. Quis erit ex uobis homo qui habet ouem unam et si hec cadat sabbatis in foueam nonne tenebit et leuabit eam. Quanto magis melior est homo ouis igitur licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini habenti manum aridam. Extende manum tuam et extendit et restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes autem pharisei consilium faciebant aduersus eum quemadmodum illum perderent. Iesus autem sciens secessit inde et secuti sunt eum multi et curauit eos omnes et comminatus est eis ne palam facerent eum ut adimpleretur quod dictum est per esaiam prophetam dicentem. Ecce puer meus quem elegi dilectus meus in quo bene complacuit anime mee. Ponam spiritum meum super eum et iudicium gentibus annuntiabit. Non contendet neque clamabit neque audiet quisquam in plateis uocem eius. Arundinem quassatam non conteret et linum fumigans non extinguet donec eiciat in uictoriam iudicium et nomini eius gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei demoniacus cecus et mutus et curauit eum ita ut cecus loqueretur et uideret. Et stupebant omnes turbe et dicebant. Numquid hic est filius dauid. Pharisei autem audientes dixerunt. Hic non eicit demonia nisi in beelzebub principe demoniorum. Et cum uidisset iesus cogitationes eorum dixit eis. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur et omnis ciuitas uel domus diuisa contra se non stabit. Et si satanas satanam eicit in seipsum diuisus est quomodo ergo stabit regnum eius. Et si ego in beelzebub eicio filii uestri in quo eiciunt ideo ipsi iudices uestri erunt. Si autem in spiritu dei eicio demonia profecto peruenit in uos regnum dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis et uasa eius diripere nisi prius fortem illum ligauerit et tunc domum eius diripiet. Qui non est mecum contra me est et qui non congregat mecum spargit. Ideo dico uobis omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicumque dixerit uerbum contra filium hominis remittetur ei qui autem dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum aut facite arborem malam et fructum eius malum. De fructu enim arbor cognoscitur. Progenies uiperarum quomodo potestis bona loqui cum sitis mali. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem uobis quod omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicii. Ex uerbis enim tuis iustificaberis et ex uerbis tuis condemnaberis. Tunc responderunt quidam de scribis et pharisseis dicentes. Magister uolumus a te signum uidere. At ille respondens ait illis. Generatio mala et adultera signum querit et signum non dabitur ei nisi signum ione prophete. Sicut enim fuit ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Viri niniuite surgent in iudicio cum generatione ista et condemnabunt eam quia penitentiam egerunt in predicatione ione et ecce plus quam ione hic. Regina austri surget in iudicio cum uiris generationis istius et condemnabit eos quia uenit a finibus terre audire sapientiam salomonis et ecce plus quam salomon hic. Cum autem immundus spiritus exierit de homine ambulat per loca inaquosa querens requiem et non inuenit. Tunc dicit reuertar in domum meam unde exiui et ueniens inuenit eam uacantem scopis mundatam et ornatam. Tunc uadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores se et ingressi habitant ibi et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit et generationi huic nequam. Adhuc illo loquente ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem quidam ei. Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te. At ille respondens dicenti sibi dixit. Quis est mater mea et qui sunt fratres mei. Et extendens manum in discipulos suos ait. Ecce mater mea et fratres mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater et soror et mater est. In illo autem die exiens iesus de domo sedebat secus mare et congregate sunt ad eum turbe multe ita ut in nauim ascendens sederet et omnis turba stabat in litore. Et locutus est eis multa in parabolis dicens. Ecce exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat quedam ceciderunt secus uiam et uenerunt uolucres et comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa ubi non habebant terram multam et exorta sunt continuo quia non habebant altitudinem terre. Sole autem orto estuauerunt et quia radicem non habebant aruerunt. Et alia ceciderunt inter spinas et ascenderunt spine et suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam et dabant fructum aliud centesimum aliud sexagesimum aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi audiat. Et accedentes discipuli dixerunt ei. Quare in parabolis loqueris eis. Ille autem respondens ait illis. Quia uobis datum est nosse mysteria regni celorum illis autem non est datum. Qui enim habet dabitur ei et abundabit qui autem non habet et quod uidetur habere auferetur ab eo. Propterea in parabolis loquor eis quia uidentes non uident et audientes non audiunt neque intelligunt. Et adimplebitur in eis prophetia esaie dicentis. Auditu audietis et non intelligetis et uidentes uidebitis et non uidebitis. Incrassatum est enim cor populi huius et auribus grauiter audierunt et oculos suos clauserunt nequando uideant oculis et auribus audiant et corde intelligant et conuertantur et sanem eos. Vestri autem beati oculi quia uident et aures quia audiunt. Amen dico uobis quia multi prophete et iusti desiderauerunt uidere que uos uidetis et non uiderunt et audire que audiuistis et non audierunt. Vos ergo audite parabolam seminantis. Omnis audiens uerbum regni et non intelligens uenit malus et rapit quod seminatum est in corde eius. Hic est qui semen accepit secus uiam. Qui autem in

dicent ecce nam. Jugulauerunt nos
meretrices ad regem egypti: vt eas ad
se uel uelint uenire nec. Dixitq; mulier
ad eum. Si dominus meus locutus fuerit
seruo suo hoc uerbum. Non faciet ita
dominus meus seruo suo. Quod rem
hanc egerit. Dixitq; ad eum. Ecce
egredior ad patres meos. Tolle
me de terra egypti. Et sepeli me
in sepulchro meo. Et ego tibi non dimittet hec
egypti ut educas me de manu tua. Quia
tam. n. manu mea. q; quam egypti in
clemente mundi bulis mea. q; sum sum i me
dio eor. Si dimittet hec. Tulit gram
pro uite mee. Et egredient me
chabite nacu. Et scribet mihi
nacua manu sua. Ab hierusalem ad
argentea. Ac uertet pontifex eas. Et fu
ge ac filias mea. Et pua mee egypti.
Regnante mox Ptolemeo. Cap. III.
Ptolemeo mox fecerunt. Con
cepitque in utero uirginem
nam. Et peperit. Et uocauit nomen
eius. Et dedit ei regnum in manu sua. Et
nuptias dedit ei pro uxore. Et
cognouit eam. Et concepit. Et peperit
ei filium. Et uocauit nomen eius. Et

quag pro sanctimr. impunenę sĕ eg
nec minuenę qqm̃ mandr. Mandr. n. mḗo
mandatur dñe. Camo i sancti ficemo
pño o mo. o ip̃m manur opib⁹ i cepi
cant ea. ur non agnoscant ubiq; m̃ mi
nuę. Ignitur egsli p̃ sancti op̃m a mandto
re ad ip̃m dicentm. Sic dicit ip̃s.
Non ubi placę. nec voluigne sic ubi
mueę ꝑmute nec minuetur qqm̃ te
que ubi. Ubi sŏq; ę ꝑpe p̃ cm̃ mam egi
pti ad ego uigemę placę. p̃ sĕ quęq;
opm in habitant dnem. Complete e p̃ u
obĕ contie ur pro sude solemne qm̃ mi
nuntur ubi puce flagellang; ę ꝑ p̃ dnr
opib⁹ filioꝝ sĕ ab eo mundis p̃mę di
cendis. Cauę non implenę in iustum
labm sĕ pro nec ꝑri nec ꝑ voce dicenę
q; p̃ sin filij sĕ iuxta sensu ę ad ip̃m em
dnm. Cur ira agnę sup̃ fuge nuę. palee
non amur ubi labore filr imputur.
Et sanctifica flagellis ꝑ comunicantiuꝰ
te agnur sup̃ ip̃m aut. a. aut mandę eo
rum diane. Camo i sancti ficemo dño. Ite
ego ꝑ quinti. Palee nō ab̃untur ub
ꝑ uersenę sup̃ eum nūm latm. Vnde
negli te p̃ sin filioꝝ sĕ in malum ego q;
dicetur a te. Non minuentur qqm̃ te
latm ꝑ singlę dicę. Et cum eūq; mo
p̃ i aaron qui stabunt ex adulo ego
dicentes ap̃ ꝑpe ex ꝑpe ad eę. Vide
at ꝑ i mdicte q̃m fere sensibę ex eum
nūm eram ꝑpe ex fuge ei ꝑ p̃ubi
ei glaziū ur cadet nec. Et sanctifica mo
ysen ad dñm aut. Cur affligit ip̃m is
tum. Cur misisti me. Et ex eo qui
ingressus sum ad ip̃m em ur labꝝ in
nocię suę. affligit ip̃m nūm tū. Nō sisti ex
te ad mo ysen. Hic VI
mtib⁹ ꝑ fecim sum p̃ nos. p̃ manui
al fortem dimittet eę. i manu no p̃
ea dimittet ulę de tra sua. Loquitq; dñs
ad mo ysen dicens. Ego ad qui ap
ui ad abraam. ysaac. i iacob in deo omnipotęs. i no
me meo adonay. nō indicauę eis pręsę
qi am eis fedo. ut darem eis terram
am. cum peregrinabunę ibi. in qua habitę
uerunt. Ego audiui gemitū filioꝝ is
quo egyptij opib⁹ seruiunt eis. et recordatus sū
pacti mei. Loc dic filijs is. Ego dns ad eo
rum qui educo eos de angustijs egyptior. et eruam
eos de seruitute ab eis. et liberabo eos
in brachio extento. et in iudicijs magnis. assumam
vos mihi in populum. et ero vobis deus. et ego
ero dns vr qui educam vos de angustijs egy
ptior. et introducam vos in terram pro qua leuauę
manum meam. ut dem eam abraam ysaac. et iacob. et
dabo eam vobis in possessionem ego dns.
Locutusq; est mo ysen ad filios is. et
non acquieuerunt ei pre angore animi. et
nimia seruitute. Loquere ad mo ysen dice
ns egredi de terra sua. et dimittat filios
israel de terra sua. Et locutus est mo
ysen coram dño. dicens filij is non me audiu
erunt quid audiet pha me. p̃sertim cum sim
incircumcisus labijs. Loquitq; ad mo ysen
et aaron. et dedit mandatum ad eos. et filios
is. ad pharaonem regem egypti ut educerent
filios is de terra egypti. Isti sunt principes
domorum patrum suorum. Filij ruben primo
genitus israel. henoch. et phallu. hesron
et carmi. hec cognationes. Filij simeon. iamuel. iamin. et ahod. et hamalo
ech. et saul filio cananitide. hec cognatio
nes simeon. Hec nomina filiorum leui per cogna
tiones suas. gerson. et caath. et merari. anni
tatis leui. c. xxx. vii. Filij gerson. lobni
et semy. per cognationes suas. Filij caath
amram. et ysaar. et hebron. et oziel. Annus
te caath. c. xxxiii. Filij merari. moholi
et musi. hec cognationes leui per familias
suas. Accepit autem amram iochabeth patruelem suam. que peperit ei aaron
et moysen et mariam. Vixitque amram an
nis cc. xxxvii. Filij quoq; ysaar
chore. nepheg. et zechri. Filij quoq;
oziel. misael. et elisaphan. et sethri. Ac
cepitque aaron uxorem elisabeth filiam aminadab sororem naason. que peperit ei nadab et abiu. eleazar. et ythamar.
Filij quoq; chore alter. et eliphaz. ab ysaar. hi cognationes eorum. Ar uero eleazar filio aaron accepit uxorem de filiabus phutihel. que peperit ei phynees. hi principes cognationum leuitarum per familias suas. Iste est aaron et moysen quibus precepit dominus. educerent filios is de terra egypti per turmas suas. hij sunt qui locuti sunt ad pharaonem regem egypti ut educerent filios is de egypto. Iste moysen et aaron hic est qui locutus est ad eos dominus. Loquere ad pharaonem regem egypti omnia que ego loquor tibi. Et dixit moysen coram dño. ecce ego incircumcisus

labus ego sum. A vim auertet me pri-
mum: ay ad moysen. VII
Ecce constituo te deum pharaonis. et aaron
frater tuus erit propheta tuus. Tu loqueris omnia
que mando tibi. ille loquetur ad pharaonem
ut dimittat filios israel de terra sua. Sed ego in-
durabo cor eius et multiplicabo signa et pro-
digia mea in terra egypti. nec audiet vos. Et
mittam manum meam super egyptum et educam
exercitum meum filios israel de terra egypti.
per ultiones maximas. Et scient egyptii quia ego
sum dominus qui extendam manum meam super egy-
ptum et educam filios israel de medio eorum. Fecit
ergo moyses et aaron sicut preceperat dominus
illis. Et ipse quidem moyses lxxx. annorum
aaron. lxxxiii. annorum erat quando locuti sunt
ad pharaonem. Dixitque dominus ad moysen et aaron. Si
quando dixerit vobis pharao. Date signum
aliquod. dices ad aaron. Tolle virgam tuam
et proice coram pharaone. vertetur in draconem.
Ingressi ergo moyses et aaron ad pharaonem fece-
runt sicut preceperat dominus. Et proiecit aaron
virgam coram pharaone et seruis eius. et facta est in draconem.
Vocauit autem pharao sapientes et maleficos. fece-
runtque et ipsi per incantationes egyptiorum et
per arcana quedam similiter. Proiecit enim
unusquisque virgam suam. et facte sunt in dra-
cones. Deuorauit virga aaron virgas eorum. Et
roboratum est cor pharaonis. nec audiuit eos sicut
preceperat dominus. Dixitque dominus ad moysen. Ingra-
uatum est cor pharaonis. nolens dimittere populum.
Vade ad eum mane. Ecce egredietur ad aquas. et stabis in
occursu eius super ripam fluminis. virgam
quoque que conuersa fuerat in draconem tolles in
manu tua. et dices ad eum. Dominus deus hebreorum misit me
ad te dicens. Dimitte populum meum ut sacri-
ficet mihi in deserto. tu autem hactenus non
audisti. Igitur hec dicit dominus. In hoc scies
quia ego sum. Ecce percutiam virga que in ma-
nu mea est aquam fluminis. conuertetur in sangui-
nem. pisces quoque qui sunt in fluminis mori-
entur. et putrescent aque. adfligenturque egyp-
tii bibentes aquam fluminis. Dixit quoque
dominus ad moysen. Dic ad aaron. Tolle virgam tu-
am extende manum tuam super aquas egyptiorum
super fluuios eorum. et paludes. et lacus
quoque. ut conuertantur in sanguinem. sitque cru-
or in omni terra egypti. tam in ligneis va-
sis quam in saxeis. Fecerunt moyses et
aaron sicut preceperat dominus. et eleuans virgam
percussit aquas fluminis coram
pharaone et seruis eius. et conuersa est in sangui-
nem. et pisces qui erant in fluuio mortui sunt.
Computruit fluuius non poterant egyp-
tii bibere aquam fluminis. erat sanguis in
tota terra egypti. Fecerunt simili-
ter malefici egyptii incantationibus suis. et indura-
tum est cor pharaonis. nec audiuit eos sicut
preceperat dominus. Et abiit. intrauitque domum
suam. nec adhibuit cor etiam hac vice.
Fodiebant autem egyptii per circuitum fluminis aquam ut bibere
possent. non poterant bibere de aqua fluuii.
Impletique sunt dies septem postquam percussit dominus
fluuium. VIII
Dixit quoque dominus ad moysen. Ingredere
ad pharaonem et dices ei. Hec dicit dominus. Dimitte populum meum ut sacrificet mihi. Si autem
nolueris dimittere. Ecce ego percutiam omnes fines tuos ranis.
Et ascendent rane per fluuium. et ingredientur domum tuam
et cubiculum lectuli tui. et super stratum eius. in
domos quoque seruorum tuorum. et populi tui. et in furnos
et in reliquas escarum tuarum species. et ad te
et ad populum tuum. et ad omnes seruos tuos ingre-
dientur rane. Dixitque dominus ad moysen. Dic ad aaron. Extende
manum tuam super flumina. et rivos. et lacus. educ ranas
super terram egypti. Extenditque aaron manum suam super aquas egyptias. et ascen-
derunt rane. et operuerunt terram egypti. Feceruntque malefici
similiter incantationibus suis. et induxerunt ranas super terram egypti.
Vocauit autem pharao moysen et aaron et dixit eis.
Orate dominum ut auferat ranas a me et a populo meo. et dimittam populum ut sacrificet domino.
Dixitque moyses ad eum. Constitue mihi quo
tempore rogem te et populum tuum ut
abigantur rane a te et a domibus tuis. et in
flumine remaneant. Qui respondit. Cras. At ille.
Iuxta verbum tuum faciam ut scias quia
non est deus sicut deus noster. Recedent rane a te
et a domibus tuis. et a populo tuo. nec in
flumine remanebunt. Egressique moyses et
aaron a pharaone clamauit moyses ad
dominum pro sermone quem conuenerat pha-
raoni. Fecitque dominus iuxta verbum moysi. Mortue
sunt rane de domibus et de villis et de agris.
congregateque sunt in immensos aggeres. et
putrefacta est terra ex eis. Videns autem pharao quod data esset
requies infirmate est cor eius. et non audiuit eos
sicut preceperat dominus. Dixitque dominus ad moysen. Lo-
quere ad aaron. Extende virgam tuam et
percute puluerem terre. et sint cuncti muniones
terre egypti. Feceruntque ita. Extendit aaron
manum virgam tenens percussitque pulue-
rem terre. et facti sunt cuncti muniones

o nusq; pului re usq; ē in cunctis ter
ām ñam egypti. Fecerūt simili maleficia
in cantationibus sua ut educerent cy nifi
es. n̄ prohibuit. ē impleta ē cy nifes cani in
mundo sm inuocationē. & facte sūt malefica
as plurimi. dicitur tm ē hic. sm nouā
q; est cy phonica. n audiuit eos sicut pce
pit dn̄s. Dixit quoq; dn̄s ad moysen. Con
surge diluculo & sta coram pharaone egr
dietur enī ad aquas & dices ad eum. hec
dicit dn̄s dimitte plm meum ut sacrifi
cet mihi. q. si non dimiseris eū. ecce ego inmit
tam inter vos & seruos tuos & in plm tuū &
in domos tuas cōe genus muscarum. & ple
bunt domus egyptior̄ muscis diuersi gene
ris. nec ulla ex his quibus egyptus habitat
inuenietur exempt. mirabile quoq; faciā
in die illo in terra gessen in qua populus
meus est. non sint ibi muscē. ut scias quia ego
sum in medio terre. ponamq; discrimen inter
plm meū & plm tuū. Cras erit signum
istud. Fecerūt dominus ita. & venit muscarū
grauissima in domos pharaonis & seruo. eius. &
in omnem terram egypti. corrumpebatq; terra ab
eo quod musce vastarent eā. Vocauit pharao
moysen & aaron & ait eis. Ite sacrificate deo vr̄o
in terra hac. & aur moyses. Non potest ita fi
ri domine. quia abhominationē egyptior̄ immo
labimus deo nr̄o. si immolauerimus ea quę abo
minantur egyptii coram eis. Iter trium dierū
gradiemur in solitudinem & sacrificabimus domino deo nr̄o sicut
precepit nobis. Dixit pharao ego dimittam vos ut
sacrificetis deo vr̄o in deserto. Verumtamen
longe ne abeatis. Rogate pro me aut
moyses. Egressus autē moyses dixit ad
eum. ecce egredior a te & orabo dominum ut rece
dat musca a pharaone & a seruis & a plo
eius cras. Verumtamen noli pharaone ul
tra nos decipere dimittendo plm sacrificare deo.
Egressus ergo moyses a pharaone orauit dominum. Et fecit
verbum domini iuxta sermonem eius. & abstulit muscas a
pharaone & a seruis eius & a plo eius. Non super
auit nec una quidem. Ingravatoq; est cor
pharaonis etiam hac vice. nec dimisit
plm.

IX

Dixit autē dn̄s ad moysen. Ingredere ad pharaonem & loquere ad eum. hec dicit dn̄s deus hebrę
orum dimitte plm meum ut sacrificet mihi. q. si
adhuc renuis & tenes eos. ecce manus mea erit in agris tuis in equis & asinis & cā
melis & bubus & ouibus pestis valde gra
uis. & honerabit dn̄s manum pharaonis & pecora
quę possidet in agris. ut nichil omnino
pereat ex his quę ad pharaonem sunt. ad seruos eius & ad
omnia animalia egyptior̄. ex animalibus
quę filios israhel nichil omnino pereat. & statuit dn̄s tempus dicens. Cras faciet dominus
hanc rem in terra hac. & fecit dn̄s sm verbum suum. & mortua sunt
omnia animalia egyptior̄. ex animalibus
autem filior̄ israhel ne unum quidem mortuum est. & misit pharao ad vi
dendum nec erat ex his quicquam mortuum. & ingravatum est cor pharaonis
& non dimisit plm. Dixitq; dn̄s ad moysen & aaron. Tollite plenas manus cinere de camino & spargat eum moyses contra celum coram pharaone
& fiat pulvis sm totam terram egypti. Erūt enim in hominibus & in iumentis in tota terra egypti
ulcera vesicarum ardentium. Tulerūntq; cinerem de camino & steterunt coram pharaone & sparserunt eum contra celum. & fecit ulcera vesicarum ardentium in hominibus & in iumentis nec
poterant malefici stare coram moyse propter ulcera quę in eis & in omnibus egyptiis
facta erant. Indurauit dn̄s cor pharaonis & non audiuit eos
Uenit autem uerbum ihe ad semeiam filium safat dicens. Surge et uade ad occursum achaz tu et remalie filius tuus in directum aquaductus piscine superioris in uia agri fullonis. Et dices ad eum. Attende et quiesce. Noli timere et cor tuum ne paueat a duobus caudibus fumigantium titionum istorum. Propter iram furoris sirie et damasci et filii remalie quoniam consilium malum cogitauerunt contra te sirias et effraim et filius remalie dicentes. Ascendamus contra iudam et deuastemus eum et diuidamus eum nobis et constituamus regem in medio eius filium tabeel. Hec dicit dominus deus. Non stabit neque fiet. Quia caput sirie damascus et caput damasci remalie adhuc autem sexaginta et quinque anni et contremiscet effraim ne sit populus. Et caput effraim samaria et caput samarie filius remalie. Si non credideritis neque permanebitis. Et addidit dominus loqui ad achaz dicens. Pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni subtus uel in excelsum desuper. Et dixit achaz. Non petam et non tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Numquid parum uobis est molestos esse hominibus quia molesti estis et deo meo. Propterea dabit dominus ipse uobis signum. Ecce uirgo concipiet et pariet filium et uocabitur nomen eius emanuhel. Butyrum et mel comedet ut sciat reprobare malum eligere bonum. Quia antequam sciat puer reprobare malum eligere bonum derelinquetur terra a facie duorum regum quos tu exhorres. Adducet dominus super te et super populum tuum et super domum patris tui dies qui non uenerunt ex die qua recessit effraim a iuda rex assyriorum. Et erit in die illa sibilabit dominus musce que est in extremis fluminum egipti et api que est in terra assyriorum. Et uenient et requiescent omnes in torrentibus desertis et in cauernis petrarum et in omnibus spinetis et in uniuersis pascuis. In ipso anno radet dominus in nouacula conducta que trans flumen est per regem assyriorum caput et pilos pedum et barbam auferet etiam. Et erit in die illa. Nutriet homo uitulam de armento et duas oues. Et erit a copia lactis que mulgebunt butyrum comedet. Omnis enim qui derelictus fuerit in terra butyrum et mel comedet. Et erit in die illa. Ubi erant mille uites mille siclorum argenti erunt in spinetum et in uepres. Cum sagittis et arcu ibunt illuc quia spinetum et uepres erit omnis terra. Et ad omnes montes qui sarpebantur ligone non ibi pertransibit timor spinarum et uepres sed erit in pecudum emissionem et in conculcationem gregum. Et erit in die illa. Dixit dominus ad me. Sume tibi librum grandem et scribe in eo stilo hominis. Accelera spolia detrahe cito preda festina. Et adhibui mihi testes fideles uriam sacerdotem et zacharie filium barachie. Et accessi ad prophetissam et concepit et peperit filium. Et dixit dominus ad me. Uocabis nomen eius accelera spolia detrahe cito preda festina. Quia antequam sciat puer uocare patrem suum et matrem suam auferetur fortitudo damasci et spolia samarie coram rege assyriorum. Et addidit dominus loqui ad me adhuc dicens. Quia proiecit populus iste aquas siloe que uadunt cum silentio et assumpsit filium rasin et filium romelie magis autem quam uoluit populus iste aquas fluminis fortes et multas adducet dominus super eos regem assyriorum et omnem gloriam eius et ascendet super omnes riuos eius et transibit per omnes ripas suas et transgredietur iudam et inundabit et transmeabit usque ad collum et erit extensio alarum eius implens latitudinem terre tue emanuhel. Congregamini populi et uincemini et auribus percipite omnes longinqui accingimini et uincemini accingimini et uincemini. Consilium consulite et dissipabitur eloquium loquimini et non fiet quia nobiscum deus. Hec enim dixit dominus mihi in robore manus eius et erudiuit me ne ambularem in uia populi huius dicens. Ne dixeritis coniurationem omnes quos iste populus coniurationem dicit et timorem eius ne timueritis et non paueritis. Dominum exercituum ipsum sanctificate et ipse sit timor uester et ipse sit pauor uester. Et erit uobis in sanctificationem et in lapidem offensionis et in petram scandali duabus domibus israhel in laqueum et in ruinam habitatoribus hierusalem. Et offendent in eis multi et cadent et conterentur et illaqueabuntur et capientur. Liga testimonium signa legem in discipulis meis. Et expectabo dominum qui abscondit faciem suam a domo iacob et prestolabor eum. Ecce ego et pueri mei quos dedit mihi dominus ad signa et ad portenta in israhel a domino exercituum qui habitat in monte sion. Et cum dixerint ad uos requirite a pythonibus et a hariolis qui stridunt in incantationibus suis. Numquid non populus a deo suo requiret pro uiuis a mortuis ad legem magis et ad testimonium. Si non dixerint iuxta uerbum istud quod non habebit ultra matutinum lucem. Et transibit per eam famelicus et cum esurierit indignabitur et maledicet regi suo et deo suo et aspiciet sursum. Et ad terram respiciet et ecce tribulatio et caligo et nebula obscuritatis et angustia et de profundis eruentur qui fuerant in tenebris. Sicut in ira prima leuauit terram zabulon et terram neptalim et nouissima aggrauata est uia maris trans iordanem galilee gentium. Populus qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnam habitantibus in regione umbre mortis lux orta est eis. Multiplicasti gentem et non magnificasti lętitiam. Lętabuntur coram te sicut lętantur in messe sicut exultant cum diuidunt spolia. Iugum enim oneris eius et uirgam humeri eius et sceptrum exactoris eius superasti sicut in die madian. Quia omnis uiri prelium cum tumultu et uestimenta uoluta in sanguine erunt ad comburendum et cibus ignis. Puer natus est nobis et filius datus est nobis cuius imperium super humerum eius et uocabitur nomen eius magni consilii angelus fortis deus pater futuri sempiternus princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis super solium dauid et super regnum eius ut confirmet illud et corroboret in iudicio et in iustitia amodo et usque in sempiternum. Zelus domini exercituum faciet istud. Uerbum misit dominus in iacob et cecidit in israhel. Et sciet populus omnis ephraim et habitator samarie qui dicunt superbia et grandi corde lateres ceciderunt sed quadros lapides edificabimus sycomori succisi sunt sed cedros mutabimus. Et exaltauit dominus hostes rasin super eum et aduersarios eius ipse concitauit. Syrum a fronte et philistheum a tergo et deuorauerunt israhel ore aperto. In omnibus his non auersus est furor eius et adhuc manus eius extenta. Et populus non est conuersus usque ad percutientem eum et dominum exercituum non requisierunt. Et succidet dominus a israhel caput et caudam ramum et iuncum in die una. Senex et honorabilis ipse est caput et propheta docens mendacium ipse est cauda. Et erunt qui beatificant populum istum ipsi seducentes et qui beatificantur ipsi deglutientes sunt. Propterea super iuuenibus eius non lętabitur et pupillos eius et uiduas non miserebitur quia omnis hypocrita et nequam est et omne os loquens stulticiam in omnibus his non auersus est furor eius et adhuc manus eius extenta. Quia succensus est quasi ignis impietas deuorabit spinas et uepres et succendet in condensis nemoris et extollentur in sublime fumi. Ira domini exercituum conturbata est et erit populus quasi cibus ignis homo super fratrem suum parcet. Et declinabit ad dexteram et esuriet et comedet ad sinistram et non saturabitur. Unusquisque carnem brachii sui uorabit manasses ephraim et ephraim manasses simul ipsi contra iudam. In omnibus his non auersus est furor eius et adhuc manus eius extenta. Ue qui condunt leges iniquas et scribentes iniquitatem scribunt ut opprimant in iudicio egenos et ui tollant causam humilium plebis mee ut sint uidue preda et pupillos diripiant. Quid facietis in die uisitationis et calamitatis de longe uenientis ad quem confugietis auxilium et ubi derelinquetis gloriam uestram. Ut non procumbatis sub uinctis et cum occisis cadatis. In omnibus his non auersus est furor eius et adhuc manus eius extenta. Ue assur uirga furoris mei et baculus ipse est in manibus eorum indignationis mee. In gentem fallacem mittam eum et contra populum furoris mei mandabo ei ut auferat spolia et rapiat predam et ponat eum in conculcationem quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur et cor eius non sic estimabit sed in corde suo cogitat ut conterat et disperdat gentes non paucas. Dicit enim. Numquid non simul principes mei reges sunt. Numquid non sicut carchamis ita et emath. Numquid non sicut arfath ita et samaria. Sicut inuenit manus mea regna idolorum quorum sculptilia excedebant eos hierusalem et samariam. Numquid non sicut feci samarie et idolis eius ita faciam hierusalem et simulacris eius. Cum autem impleuerit dominus omne opus suum in monte sion et in hierusalem uisitabo super fructum magnificentie cordis regis assyriorum et super gloriam altitudinis oculorum eius. Dixit enim in fortitudine manus mee feci et in sapientia mea intellexi et auferam terminos populi et fortitudines eorum rapiam et detraham quasi potens qui sedet in sublimi. Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum et quasi ouum derelictum ego capio uniuersam terram et non fuit qui alas suas commoueret et aperiret rostrum et pipiaret. Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur quasi si eleuet uirga eos qui se exaltant non a ligno. Propterea mittet dominus deus exercituum in pinguibus eius tabescentiam et subter gloriam eius succendetur succensione quasi ignis. Et erit lux israhel in ignem et sanctus eius in flammam et comburet et deuorabit spinas et uepres suas et cardum et siluam eius a mane usque ad uesperam consumet. Et erit quasi qui fugit a facie hostis et quasi qui non habet qui colligat manipulum suum. Et reliquie siluarum eius quotquot fuerint numerabit puer eorum. Et erit in die illa. Non adiicient ultra reliquie israhel et qui saluati sunt de domo iacob niti super percutientem se sed innitentur super dominum sanctum israhel in ueritate. Reliquie enim conuertentur reliquie inquam iacob ad deum fortem. Erit enim populus tuus israhel sicut arena maris reliquie conuertentur ex eo consumptio abbreuiata inundabit iustitia. Consumptionem enim et sermonem abbreuiatum dominus deus exercituum faciet in medio uniuersi orbis terre. Propterea hec dicit dominus deus exercituum. Ne timeas populus meus habitator sion ab assur qui percutit te uirga in maxillam percutiet et baculum suum leuabit super te in uia egipti. Adhuc enim modicum pusillum et cessabit indignatio et furor meus in consumptionem eorum. Et suscitabit super eum dominus exercituum plagam secundum plagam madian in petra horeb et uirga eius super mare et leuabit eam in uia egipti. Et erit in die illa. Auferetur onus eius de humero tuo et iugum eius de collo tuo et computrescet iugum a facie olei. Uenit super hieron migron ibi recondet sarcinas suas. Transierunt fauces eius. Hospitabuntur in gabaa. Expauit rama gabaath saul fugit. Exalta uocem tuam filia galli auribus percipe laisa responde anathoth. Fugit maden habitatores gebim congregate fugite. Adhuc dies una in nobe ipsa commorabitur manu sua excutiet montem filie sion collem hierusalem. Ecce dominus exercituum conterit ramos cum formidine et excelsi statura decidentur et sublimes humiliabuntur. Et succidentur densa saltus libani cum robore cadet. Et egredietur uirga de radice iesse et flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini spiritus sapientie et intellectus spiritus consilii et fortitudinis spiritus scientie et pietatis. Et replebit eum spiritus timoris domini. Non secundum uisionem oculorum iudicabit neque secundum auditum aurium arguet sed iudicabit in iustitia pauperes et arguet in equitate pro mansuetis terre et percutiet terram uirga oris sui et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cinctorium lumborum eius et fides cinctorium renum eius. Habitabit lupus cum agno et pardus cum hedo accubabit. Uitulus et leo simul pascentur et puer paruulus minabit eos. Ursa et uitula pascentur simul requiescent catuli eorum et leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ad foramen aspidis et in cauernam regulis manum suam mittet. Non nocebunt neque occident in omni monte sancto meo quia repleta est terra scientia domini sicut aquarum operientium mare. Et erit in die illa. Radix iesse qui stat in signum populorum ipsum gentes deprecabuntur et erit sepulchrum eius gloriosum. Et erit in die illa. Adiciet dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui quod remanebit de assur et de egipto et de pathros et de ethiopia et de helam et de sennaar et de emath et de insulis maris. Et leuabit signum in nationibus et congregabit profugos israhel et dispersos iuda colliget a quatuor plagis terre. Et auferetur zelus effraim et hostes iuda disperdentur effraim non zelabit iudam et iudas non tribulabit effraim. Et uolabunt in humeros philistheorum ad occidentem simul depredabuntur filios orientis edom et moab manus eorum et filii ammon obedient eis. Et perdet dominus linguam maris egipti et inducet manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui et percutiet eum in septem torrentes et traducet illum calciatos gradientes. Et erit semita populo suo residuo qui remanebit de assur sicut fuit israhel in die ascensionis eius de terra egipti. Et dices in die illa. Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi conuersus est furor tuus et consolatus es me. Ecce deus salutare meum fiducialiter agam et non timebo quia fortitudo mea et laus mea dominus et factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris et dicetis in die illa. Confitemini domino et inuocate nomen eius notas facite inter gentes adnuntiate quia excelsum est nomen eius. Cantate domino quoniam magnificauit nimis annuntiate hoc in uniuersa terra. Exulta et lauda habitatrix sion quia magnus in medio tui sanctus israhel. Onus babylonis quod uidit isaias filius amos. Super montem caliginosum leuate signum exaltate uocem uestram et manum uestram adducite et introeant portas principum. Ego mandaui sanctificatis meis et uocaui fortes meos in superbia exultantium meorum ut tollerent terram meam et deducerent captiuos suos. Uox multitudinis in montibus similitudo populi multi uox sonitus regnorum gentium congregatarum dominus exercituum recognouit exercitum belli. Uenerunt de terra procul a finibus celi dominus et uasa indignationis eius ut disperdat uniuersam terram. Ululate quia prope est dies domini quasi uastitas a potente ueniet. Propterea omnes manus remittentur et omnis homo contabescet corde. Et turbabuntur dolores et angustie tenebunt quasi parturientem dolebunt. Unusquisque ad proximum suum mirabitur facies combuste facies eorum. Ecce dies domini ueniet crudelis et indignationis et ire plena ad ponendam terram in solitudinem et peccatores eius disperdet ex ea. Quia stelle celi et splendor earum non educent lucem suam tenebricosus est sol in ortu suo et luna non splendebit lumine suo. Et requiescere faciam superbiam indigenarum et arrogantiam fortium humiliabo. Et erit homo pretiosior auro obrizo et homo mundus ophyra. Propterea celum turbabo et mouebitur terra de loco suo propter indignationem domini exercituum et propter diem irę furoris eius. Et erit quasi dorcas fugiens et quasi ouis non habens pastorem unusquisque ad populum suum conuertetur et unusquisque in terram suam fugiet. Omnis qui inuentus fuerit adiungetur et qui coniunctus fuerit corruet gladio. Et infantes eorum allidentur coram oculis eorum. Domus eorum uastabuntur et uxores eorum stuprabuntur. Ecce suscitabo medos contra eos qui argentum non quesierunt et aurum non uoluerunt. Sagittis interficient pueros et lactentibus uteri non parcent et super filios non mittet oculus eorum. Et erit babylon gloria regnorum inclyta superbia caldeorum sicut subuersio dei a sodoma et gomorra quam subuertit. Non habitabitur usque in finem et non fundabitur usque in generationem et generationem. Non ponet ibi tentoria arabs et pastores non accubabunt ibi. Sed requiescent ibi bestie et replebuntur domus eorum draconibus habitabunt ibi strutiones et pilosi saltabunt ibi. Et ululabunt ibi bestie insularum in templis uero eius habitabunt sirenes et dracones in delubris uoluptatis. Uicine ad uenire facte sunt tempora eius et dies eius non longe fient. Miserebitur enim dominus iacob et adhuc eligit israhel et requiescere faciet eos super humum suam et adiungetur proselytus ad eos et applicabitur domui iacob. Et tollent eos populi et adducent eos in locum suum et possidebit eos domus israhel super humum domini in seruos et in ancillas et erunt captiuantes eos qui captiuos habuerant et dominabuntur exactoribus suis. Et erit in die qua requiem tibi dabit dominus a timore tuo et a conturbatione tua et a seruitute dura qua seruisti in ea. Assumes parabolam istam super regem babylonis et dices. Quomodo cessauit exactor quieuit tributum contriuit dominus uirgam impiorum baculum dominantium percutientem populos in plaga insanabili qui subiugabat in furore gentes persequebatur in ira tradita est usque ad consumptionem. Requieuit et siluit omnis terra gaudium erupit. Etiam abies exultauerunt super te cedri libani. Postquam dormisti non ascendit qui succidat nos. Infernus subter conturbatus est in occursum aduentus tui suscitauit tibi gigantes. Uniuersi principes terre surrexerunt de solio suo omnes reges gentium. Uniuersi respondebunt et dicent ad te. Tu quoque infirmatus es sicut et nos nostri similis factus es. Deposita est ad infernum superbia tua concidit cadauer tuum. Subter te sternetur tinea et operimentum tuum erunt uermes. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris corruisti in terram qui uulnerabas gentes. Qui dicebas in corde tuo. In celum conscendam super astra celi exaltabo solium meum sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium similis ero altissimo. Uerumtamen ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te uiderint ad te inclinabuntur et ad te considerabunt dicentes. Hic est uir qui conturbauit terram qui mouit regna. Qui posuit orbem desertum et urbes eius destruxit. Uincula peccatorum suorum non dimisit. Omnes reges gentium uniuersi dormierunt in gloria unusquisque in domo sua. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis. Uestimentum occisorum obtectorum gladio descendentibus ad lapides lacus quasi cadauer conculcatum. Non habebis consortium cum eis in sepultura quia terram tuam interfecisti populum tuum occidisti non nominabitur in eternum semen nequam. Parate filiis eius occasiones propter iniquitatem patrum eorum ne resurgant et hereditent terram et implentur facies orbis terre ciuitate. Et consurgam super eos dicit dominus exercituum et disperdam de babylone nomen et reliquias et germen et uirgultum dicit dominus. Et ponam eam in possessionem herinaciis et in stagna aquarum et scopabo eam in scopa terens dominus exercituum. Uere sicut cogitauit ita erit et sicut disposuit ita permanebit ut conteram assyrium in terra mea et super montes meos conculcabo eum. Et auferetur ab eis iugum eius et onus eius de humero eorum tollet. Hec est cogitatio quam cogitauit dominus super uniuersam terram et hec manus extenta est super omnes gentes. Quia dominus exercituum cogitauit et quis irritum faciet manus eius extenta est et quis auertet. In anno quo mortuus est achaz factum est onus istud. Ne letatus fueris philisthea uniuersa quia contriuit dominus uirgam percussoris tui. De radice enim colubri egredietur regulus et fructus eius uolucris uolans. Et comedent primogeniti pauperum et pauperes in confidentia requiescent et interficiam radicem tuam fame et reliquias tuas occidet. Ulula porta clama ciuitas philisthea uniuersa tabescens quia de aquilone egredietur fumus et non est qui euadat in agmine eius. Et quid respondebitur nuntiis gentium quia dominus fundauit sion et in ea sperabunt humiles populi eius. Onus moab quia nocte uastata est ar moab quia nocte uastata est murus moab. Ascendit bethan et dibon excelsa ut fleret super nabo et super medaba ululat moab in omnibus capitibus eius radunitate in cilicio in compitis eius ululabit omnis. Et descendet plorans in fletu cedron ululabit esebon et eleale usque ad iasa audita est uox eorum. Propterea exultabunt armati moab anima eius in semetipso uociferabitur. Cor meum ad moab fugiet usque ad segor uitulam tertii anni quia per ascensum luith in fletu ascendet eum quia in uia horonaim lamentum contritionis suscitauerunt. Aque enim nemrim in desolationem erunt quia siccatum est fenum defecit herba uiride non est residuum. Propterea opes quas congregauerunt et thesauros ad torrentem salicum portabunt. Quia circumdedit clamor terminos moab usque ad eglaim ululatus eius et usque ad puteum heliem ululatus eius. Quia aque dimonorum impletę sunt sanguine. Quia ponam super dimonum additamenta leonis fugientibus de terra et de petra deserti ad montem filie sion. Mittite agnum dominatori terre de petra deserti ad montem filie sion. Et erit sicut auis uolans sic erunt filie moab uadum arnon. Consilium cogitate fac iudicium pone umbram tuam sicut noctem in medio meridie abscondi eiectos et profugum ne prodas. Habitent apud te eiecti mei moab inquilinus esto eis ne forte sit uastitas facie calcantis. Consumptus est enim qui calcabat terram. Et consummata est uastitas auferetur de terra calcator. Et parabitur in misericordia solium et sedebit super illud in ueritate tabernaculi dauid iudicans et querens iudicium et festinans quod iustum est. Audiuimus superbiam moab superbus nimis fortitudinem eius et superbiam eius et indignationem eius quia non sic fortitudo eius. Propterea ululabit moab pro moab omnis ululabit pro fundamentis muri lectionis lamentabimini uehementer. Quia dimon impletę sunt. Quia ego addam super dimon et leonem fugientibus de moab et de reliquis terre. Onus damasci. Ecce damascus auferetur de ciuitate et erit ruina dissipata. Derelicte ciuitates aroer erunt gregibus et requiescent et non erit qui exterreat. Et quiescet munimentum de effraim et regnum de damasco et reliquie sirie erunt sicut gloria filiorum israhel dicit dominus exercituum. Et erit in die illa. Tabescet gloria iacob et pinguedo carnis eius macrescet. Et erit sicut cum congregat messor segetem et brachium suum spicas metet et erit quasi qui colligit spicas in ualle rafaim. Et relinquetur in ea racemus quasi excussio olee duarum aut trium oliuarum in cacumine ramorum quinque aut sex in ramis fructiferis dicit dominus deus israhel. In die illa respiciet homo factorem suum et oculi eius ad sanctum israhel intuebuntur. Et non respiciet ad altaria que fecerunt manus eius et quod digitis suis operatum est non intuebitur lucos et delubra. In die illa erit ciuitas munita eius sicut derelictum amorreum et transgressum quod dimittetur a filiis israhel et erit desolatio. Quia oblita es dei salutaris tui et fortitudinis tue non es recordata idcirco plantabis plantaria et uineam alienam seres. In die plantationis tue germinabis et mane semen tuum orietur. Messis autem in die possessionis hereditabilis et dolor desperabilis. Ue multitudini populorum multorum quasi fremitus maris fremunt et impetus gentium quasi impetus aquarum grauium irruet. Gentes in impetu aquarum multarum et increpabit eas et fugient procul et persequentur quasi auiculam montium ante faciem uenti et quasi turbinem ante faciem procellarum. Tempore uespertino ecce pauor et antequam mane non sint hec est pars uastantium nos et sors diripientium nos. Ue terre cymbalum alarum que est trans flumina ethiopie que mittit in mari legatos et in uasis papiri super aquas dicens. Ite angeli uelores ad gentem discissam et dilaceratam ad populum horribilem post quem non fuit alius ultra ad gentem exspectantem et conculcatam cuius diripuerunt flumina terram eius. Omnes habitatores orbis et qui habitatis in terra cum leuabitur signum in montibus uidete et cum clangor buccine auditus fuerit audite. Quia hec dixit dominus ad me. Quiescam et considerabo in loco meo quasi feruorem lucis ardentis et quasi nubem roris in die messionis. Ante messionem enim cum perfecta fuerit eruditio et maturum pullulauerit germen et flos egressus fuerit in uuam et acinus floruerit amputabit falcibus uinitores et abscidet propagines et auferet. Et relinquentur simul auibus montium et bestiis terre et estate super eos auis et omnes bestie terre hiemabunt super eos. In tempore illo deferetur munus domino exercituum populus diuisus et dilaceratus a populo horribili post quem non fuit alius ultra gens exspectans et conculcata cuius diripuerunt flumina terram eius ad locum nominis domini exercituum montem sion. Onus egipti. Ecce dominus ascendet super nubem leuem et ingredietur simulacra egipti a facie eius et cor egipti tabescet in medio eius. Et concitabo egiptios contra egiptios et pugnabit unusquisque contra fratrem suum et unusquisque contra amicum suum ciuitas contra ciuitatem regnum aduersus regnum. Et effundetur spiritus egipti in medio eius consilium eius deglutiam et interrogabunt idola et incantatores et pythones et ariolos. Et tradam egiptios in manu dominorum crudelium et rex fortis dominabitur eis dicit dominus deus exercituum. Et auferetur aqua de mari et flumen uastabitur et siccabitur. Et auertent fluenta et decurrent riui aggeris et arundo et calamus marcescent. Nudabitur enim omnis qui seminat super os riui et omne quod seminatum est in agro arescet et non adiicient ultra ut irrigetur. Confundentur piscatores et lugebunt omnes qui mittunt hamum in riuo et qui extendunt rete in aquis infirmabuntur. Confundentur qui operantur linum pectentes et texentes subtilia. Et erunt quasi uestimenta et quasi qui operantur in lanificio omnes mercenarii eius contristabuntur. Stulti principes tanitis sapientes consiliarii pharaonis consilium insipiens. Quomodo dicitis pharaoni filius sapientium ego et filius regum antiquorum. Ubi nunc sunt qui te sapientes fecerunt et annuntient tibi quid cogitauerit dominus exercituum super egiptum. Stulti facti sunt principes tanitis illusi sunt principes memphitis et seduxerunt egiptum principes tribuum eius. Dominus miscuit in medio eius spiritum uertiginis et errare fecerunt egiptum in uniuersis operibus suis sicut errat ebrius in uomitu suo. Et non erit egipto operatio quam faciat caput et cauda palma et iuncus. In die illa erit egiptus quasi mulieres et stupebit et timebit a facie motus manus domini exercituum quam ipse mouet super eam. Et erit terra iude egipto in terrorem omnis qui commemorabitur eius timebit a facie consilii domini exercituum quod ipse cogitauit super eam. In die illa erunt quinque ciuitates in terra egipti loquentes lingua chanaan et iurantes in nomine domini exercituum. Ciuitas solis dicetur una earum. In die illa erit altare domino in medio terre egipti et titulus iuxta terminum eius domino. Et erit in signum et in testimonium domino exercituum in terra egipti quia clamabunt ad dominum a facie tribulantium et mittet eis saluatorem et causam et liberabit eos. Et cognoscetur dominus egiptis et cognoscent egiptii dominum in die illa et colent eum in hostiis et uictimis et uota uouebunt domino et reddent. Et percutiet dominus egiptum percutiens et sanabit eum et reuertentur ad dominum et placabilis fiet eis et sanabit eos. In die illa erit semita de egipto in assyrios et introibit assyrius in egiptum et egiptius in assyrios et seruient egiptii assyriis. In die illa erit israhel tertius egipto et assyriis benedictio in medio terre. Benedicens benedixit eis dominus exercituum dicens. Benedictus populus meus egiptius et opus manuum mearum assyrius et hereditas mea israhel. In anno quo uenit tharthan in azotum cum misisset eum sargon rex assyriorum et pugnasset contra azotum et cepisset eam in tempore illo locutus est dominus in manu isaie filii amos dicens. Uade et solue saccum de lumbis tuis et calciamentum tuum tolle de pede tuo. Et fecit sic ambulans nudus et discalceatus. Et dixit dominus. Sicut ambulauit puer meus isaias nudus et discalceatus tres annos erunt signum et ostentum super egiptum et super ethiopiam. Sic adducet rex assyriorum captiuitatem egipti et transmigrationem ethiopie adolescentes et senes nudos et discalceatos et scapulis discoopertis ad confusionem egipti. Et pauebunt et confundentur de ethiopia exspectatione sua et de egipto gloria sua. Et dicet habitator insule huius in die illa. Ecce sic exspectatio nostra ad quam confugimus auxilium ut liberemur a facie regis assyriorum et nos quomodo effugiemus. Onus deserti maris. Sicut turbines ab austro uenientes de deserto de terra horribili uenit. Uisio dura nuntiata est mihi. Qui iniuste agit iniuste agat et qui uastat uastet. Ascende elam et obside media et omnem gemitum eius quiescere feci. Propterea impleti sunt lumbi mei dolore et angustie tenuerunt me quasi dolores parturientis dolui ne audiam iniquitatem et ne uideam calamitatem. Conturbatum est cor meum et pauor meus posuit me in tenebras. Dilectus meus posuit mihi in stuporem. Parate mensam speculator in specula uide quod uideris. Et nuntiet quando uiderit equitem binos equites ascensores asinarum et ascensores camelorum. Et attendit attentione multa et clamauit leo. Super speculam domine ego stabam assidue per totum diem et super custodiam meam ego stabam tota nocte. Et ecce uir iste uenit ascensor curruum binos equites. Et respondens ait. Cecidit cecidit babylon et omnia sculptilia deorum eius contrita sunt humi. Quod triturauit et uentilauit filius aree mee quod audiui a domino exercituum deo israhel annuntiaui uobis. Onus dumee. Ad me clamat de seir custos quid de nocte custos quid de nocte. Dixit custos. Uenit mane et nox. Si quesieritis quesite convertimini et uenite. Onus in arabia. In saltu arabie morabimini in silua itinera cedar. Occurrite sitienti qui habitatis terram austri cum panibus fugienti occurrite. A facie enim gladii fugerunt a facie gladii euaginati et a facie arcus extenti et a facie grauitatis belli. Quia hec dixit dominus ad me. Adhuc annus iuxta annum mercenarii et consumptum erit omne gloria cedar. Et reliquie numeri sagittarum fortium filiorum cedar minuentur quia dominus locutus est. Onus uallis uisionis. Quid habes quod omnis tu ascendisti super tecta. Plena clamoribus ciuitas tumultuosa urbs exultans. Occisi tui non sunt occisi gladio nec mortui in bello. Omnes principes tui fugerunt pariter a sagittariis capti sunt. Omnes qui reperti sunt in te pariter uincti sunt fugerunt de longe. Propterea dixi. Auertite a me amare flebo nolite urgere ad consolandum me super contritione filie populi mei. Quia dies uastitatis et conculcationis et turbationis a domino deo exercituum in ualle uisionis demolitio muri et clamor ad montem. Et helam portauit pharetram in curribus equitum et equitatus tuus ante portam preparatus est. Et reuelauit operimentum iude et aspexisti in die illa ad armaturam domus saltus. Et uidistis quod multe essent fissure ciuitatis dauid congregastis aquas piscine inferioris. Et numerastis domos hierusalem et domos destruxistis ad muniendum murum. Et fecistis lacum in medio duorum parietum ad aquam ueteris piscine et non respexistis ad factorem eius et fabricatorem eius de longe non uidistis. Et uocauit dominus deus exercituum in die illa ad fletum et ad planctum ad caluitium et accinctionem sacci. Et ecce gaudium et uoluptas occidere uitulos et iugulare arietes comedere carnes et bibere uinum comedamus et bibamus cras enim moriemur. Et reuelata sunt in auribus meis a domino exercituum si dimittetur iniquitas hec uobis donec moriamini dicit dominus deus exercituum. Hec dicit dominus deus exercituum. Uade ingredere ad thesaurarium istum ad sobnam qui est super domum et dices ei. Quid tibi hic et quasi quis tuus hic quia excidisti tibi hic sepulchrum excidens in excelso sepulchrum suum et edificans in petra tabernaculum sibi. Ecce dominus commouebit te commotione ualida et operiet te operimento. Et arripiens te arripiet quasi pilam in regionem latam et spatiosam. Illic morieris et illic erunt quadrige gloriose tue ignominia domus domini tui. Et deiciam te de statione tua et de gradu tuo destruam te. Et erit in die illa. Uocabo seruum meum eliacim filium helchie et induam eum tunica tua et cingulo tuo roborabo eum et potestatem tuam dabo in manu eius et erit quasi pater habitatoribus hierusalem et domui iuda. Et dabo clauem domus dauid super humerum eius et aperiet et non erit qui claudat claudet et non erit qui aperiat. Et figam eum quasi clauum in loco fido et erit in solium glorie domui patris sui. Et suspendent super eum omne pondus domus patris eius a germine et usque ad propaginem omnia uasa parua a uasis calicum usque ad uniuersa lagunculorum uasa. In die illa dicit dominus exercituum auferetur clauus qui fixus est in loco fido et succidetur et cadet et conteretur onus quod super eum erat quia dominus locutus est. Onus tyri. Ululate naues maris quia uastata est domus ita ut non sit introitus de terra cethim reuelatum est eis. Tacete habitatores insule mercatores sidonis transfretantes impleuerunt te. Et in aquis multis semen turbidi fluminis messes eius. Et facta est negotiatio gentium. Erubesce sidon ait mare fortitudo maris dicens. Non parturiui neque peperi neque enutriui iuuenes neque exaltaui uirgines. Quasi rumor egipti et dolebunt super rumore tyri. Transite in tharsis ululate habitatores insule. Numquid hec est ciuitas uestra que de diebus antiquis fundata est procul migrabunt pedes eius ad habitandum. Quis hoc cogitauit super tyrum que coronabat se et dicebat. Ego a principio et ante dies antiquas ipse fundaui eam. Dominus exercituum cogitauit ut contereret omnem superbiam et ignominiosos faceret omnes inclytos terre. Transi terram tuam quasi fluuius filia tharsis non est ultra fortitudo. Manum suam extendit super mare conturbauit regna dominus. Ipse mandauit ut deleantur fortitudines eius que sunt in terra chanaan. Et dixit non adiicies ultra ut exultes calumniata uirgo filia sidonis. Surge transi in cethim etiam ibi non requiescet. Ecce terra chaldeorum iste populus non fuit donec assur fundauit eam. Qui in turribus suis erexerunt lupanar suscitauerunt palatia posuit eam in ruinam. Ululate naues maris quia uastata est fortitudo uestra. Et erit in die illa. Obliuiscetur tyrus septuaginta annis secundum dies regis unius secundum tempus cantici meretricis. Post finem septuaginta annorum uisitabit dominus tyrum et conuertetur ad mercedem suam et fornicabitur cum uniuersis regnis terre super faciem terre. Et erit negotiatio eius et mercedes eius sanctificabuntur domino non thesaurizabuntur neque condentur quia negotiatio eius erit habitantibus coram domino ut comedant et saturentur et in uestimento pretiosum. Ecce dominus exinanit terram et uastabit eam et conturbabit superficiem eius et dispergit habitatores eius. Et erit sicut populus sic sacerdos sicut seruus sic dominus sicut ancilla sic domina sicut emptor sic uendens sicut fenerans sic qui accipit usuram sicut debitor sic creditor. Uastitate uastabitur terra et direptione diripietur quia dominus locutus est uerbum istud. Luxit et elanguit terra defecit et infirmata est orbis infirmata est sublimitas populi terre. Et terra polluta est sub habitatoribus suis quia transgressi sunt leges mutauerunt ius dissipauerunt fedus sempiternum. Propterea maledictio uorauit terram et delicti sunt habitatores eius propterea consumpti sunt habitatores terre et relicti sunt homines parui. Luxit mustum elanguit uitis ingemuerunt omnes qui lętabantur corde. Cessauit gaudium tympanorum quieuit sonitus exultantium cessauit gaudium citharę. Cum cantico non bibent uinum amara erit ebrio potio. Contriuit ciuitas uana clausa est omnis domus ut non introeatur. Ululatus est in plateis uinum mestum factum est. Uespera terre tue. Derelicta est in ea desolatio et calamitas obtusa est porta. Quia hec erit in medio terre in gentibus sicut excussio olee et sicut racemus uindemiis completis. Hi leuabunt uocem suam et cantabunt in magnificentia domini exercituum clamabunt in mari. Propterea in doctrinis glorificate dominum in insulis maris nomen domini dei israhel. A finibus terre laudes audiuimus gloriam iusti. Et dixi. Tabescens tabescens ue mihi ue mihi. Uae uae uae prauaricantes prauaricatores prauaricati sunt. Pauor et fouea et laqueus super te habitator terre. Et erit qui fugerit a facie pauoris cadet in foueam et qui de fouea ascenderit tenebitur laqueo. Quia cataracte de excelso apertę sunt et concutientur fundamenta terre. Confractione confringetur terra conturbatione conturbabitur terra motione mouebitur terra. Uacillando uacillabit terra quasi ebrius et auferetur quasi tabernaculum custodis et grauabit eam iniquitas sua. Et corruet et non adiicient ut resurgat. Et erit in die illa. Uisitabit dominus super militiam excelsi in excelso et super reges terre qui sunt super terram. Et congregabuntur congregatione unius fasciculi in lacum et claudentur in carcere et post dies multos uisitabuntur. Et confundetur luna et erubescet sol cum regnauerit dominus exercituum in monte sion et in hierusalem et coram senibus glorificatus fuerit. Domine deus meus es tu exaltabo te et confitebor nomini tuo quia fecisti mirabilia consilia tua antiqua fidelia amen. Quia posuisti ciuitatem in lapidem ciuitatem munitam in ruinam. Domum alienorum ut non sit ciuitas et in sempiternum non edificetur. Propterea honorificabit te populus fortis ciuitas gentium robustarum timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi fortitudo egeno in tribulatione sua. Umbraculum a tempestate umbra a calore. Quia spiritus robustorum quasi tempestas parietis declinantis. Sicut calor in loco arido humilitatem alienorum deprimes. Et sicut calorem in umbra nubis ramus robustorum humiliabitur. Et faciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium conuiuium uindemie defecatarum pinguium medullatorum uindemie defecatarum.

matim è in ꝑsciu dm̃ ramblau vnusꝫ ꝑuat
filiꝰ iuxꝫ eos qui venerat cũ eꝫ. Jnsup iuxꝫ
è ad eꝫ mala filia alb̃ri d̃ womo ꝑ sacrum
ꝓtos sit eũ gerbert q̃ è unus filiꝝ istorum.
Sed ne nam̃ romie uob̃ sit cur gerbert
to. nisi cũ ꝑ ulim mala lãnc cũ eo ad uxo
rem. ingressi ꝑ eos. Cũq; ingressi ꝓsit dm̃
ad illũ. Ne timueritis ne inq; quia dm̃
ut scias eos venisse ad eũ mittat ũbũ ꝑ
q; tanquis filiat i manu sua sup achaz filio
rum ꝙ ꝑ ea ꝛ obtinuit à recedat. Tunc
ascendit rex damasci. & occidit eum. Et
transtulit gentes eius in kir. & achaz
occidit. Et ait ad eum. Ego seruus tuus
& filius tuus sum. ascende & libera me
de manu regis syrie & de manu omnium
aduersariorum meorum qui insurgunt
mihi. Et tollens achaz argentum & aurum
quod inuentum est in domo dñi & in the
sauris regis. misit munera regi assur. Qui
audiens eum. ascendit contra damascum
& cepit eam. & transtulit habitatores
eius in kir. & occidit rasin. Anno xvi.
achaz filii oze regis iuda. regnauit ioathan
filius eius xvi. annis. Et fecit quod rectum
erat in conspectu dñi. Secundum omnia
quæ fecerat ozias pater suus fecit. Verum
tamen excelsa non abstulit. Adhuc enim
populus immolabat & adolebat incensum
in excelsis. Ipse ædificauit portam domus
dñi sublimiorem. & in muro ophel multa
ædificauit. Reliqua autem sermonum
ioathan & omnia quæ operatus est. nonne
hæc scripta sunt in libro verborum dierum
regum iuda. Et dormiuit ioathan cum
patribus suis. & sepultus est cum eis in
ciuitate dauid patris sui. & regnauit
achaz filius eius pro eo. Anno xvii. ioathan
filii oze regis iuda. regnauit achaz filius
ioathan. & in diebus eius ascendit rasin
rex syrie & phacee filius romelie rex israel
in hierusalem ad pugnandum. & obsede
runt achaz. nec ualuerunt expugnare
eum. Eo tempore reddidit rasin rex syrie
ælath syriæ & eiecit iudæos de ælath.
Et idumæi uenerunt in ælath & habitauerunt
ibi usque in præsentem diem. Achaz
quoque misit nuntios ad thelgathfalnasar
regem assyriorum dicens. Ego seruus tuus
& filius tuus sum. ascende & libera me de
manu regis syrie & de manu regis israel
qui insurrexerunt contra me. Et tollens
achaz argentum & aurum quod inuentum
est in domo dñi & in thesauris regis. misit
munera regi assur. Qui audiens eum. ascendit
contra damascum & cepit eam. & transtulit
habitatores eius in kir. & occidit rasin.
Anno xvi. achaz filii oze regis iuda. regnauit
ioathan filius eius xvi. annis. Et fecit quod
rectum erat in conspectu dñi. Secundum
omnia quæ fecerat ozias pater suus fecit.
Verum tamen excelsa non abstulit. Adhuc
enim populus immolabat & adolebat incensum
in excelsis. Ipse ædificauit portam domus
dñi sublimiorem. & in muro ophel multa
ædificauit. Reliqua autem sermonum
ioathan & omnia quæ operatus est. nonne
hæc scripta sunt in libro verborum dierum
regum iuda. Et dormiuit ioathan cum
patribus suis. & sepultus est cum eis in
ciuitate dauid patris sui. & regnauit
achaz filius eius pro eo. Anno xvii. achaz
filii oze regis iuda. regnauit ioathan filius
eius xvi. annis. Et fecit quod rectum erat
in conspectu dñi. Secundum omnia quæ
fecerat ozias pater suus fecit. Verum
tamen excelsa non abstulit. Adhuc enim
populus immolabat & adolebat incensum
in excelsis. Ipse ædificauit portam domus
dñi sublimiorem. & in muro ophel multa
ædificauit. Reliqua autem sermonum
ioathan & omnia quæ operatus est. nonne
hæc scripta sunt in libro verborum dierum
regum iuda. Et dormiuit ioathan cum
patribus suis. & sepultus est cum eis in
ciuitate dauid patris sui. & regnauit
achaz filius eius pro eo. Anno xvii. achaz
filii oze regis iuda. regnauit ioathan filius
eius xvi. annis. Et fecit quod rectum
erat in conspectu dñi. Secundum omnia
quæ fecerat ozias pater suus fecit. Verum
tamen excelsa non abstulit. Adhuc enim
populus immolabat & adolebat incensum
in excelsis. Ipse ædificauit portam domus
dñi sublimiorem. & in muro ophel multa
ædificauit. Reliqua autem sermonum
ioathan & omnia quæ operatus est. nonne
hæc scripta sunt in libro verborum dierum
regum iuda. Et dormiuit ioathan cum
patribus suis. & sepultus est cum eis in
ciuitate dauid patris sui. & regnauit
achaz filius eius pro eo. Anno xvii. achaz

XVII

110

tuos dabo in. Cras ergo hec eadem hora mittam seruos
meos ad te. et scrutabuntur domum tuam et domum seruo-
rum tuorum. et omne quod eis placuerit ponent in manibus
suis et auferent. Vocauit autem rex ierusalem omnes seniores ter-
re et ait. Animaduertite et uidete quod insidietur nobis
et misit enim ad me pro uxoribus et filiis pro argento et a-
uro. et non ab[illegible] Dixerunt omnes maiores natu et
uniuersus populus ad eum. Non audias neque adquiescas il-
li. Et ita nuntiis benadab. Dicite domino meo re-
gi. Omnia propter que misisti ad me seruum tuum
faciam. Hanc autem rem facere non possum. Reuersique nuntii
retulerunt ei. Quod remisit et ait. Hec faciant mihi dii et
hec addant. Si sufficerit puluis samarie pugi-
lis omnis populi qui sequitur me. Et ipsius rex ierusalem ait
Dicite ei. Ne gloriatur accinctus eque ut distinc-
tus. Factum est autem cum audisset benadab uerbum istud
bibebat ipse et reges in umbraculis. Et ait seruis suis
Cuiusdam ciuitatem. ut cum dederit eam. Et ecce pro-
pheta unus accedens ad achab regem ierusalem ait ei. Hec
dicit dominus. Certe uidisti multitudinem hanc nimi-
am. Ecce ego tradam eam in manu tua hodie. ut sci-
as quia ego sum dominus. Prepedis equos principum prouin-
ciarum. Et ait. Quis incipiet preliari. Et ille dixit.
Tu. Recensuit ergo puerorum principum prouinciarum
et reperit numero ducentorum. xxx. duorum et post eos
recensuit populum omnes filios ierusalem. vii. dominus. Egressi sunt in
die. Benadab autem bibebat temulentus in um-
braculo ipse et reges. xxx. ii. cum eo. Qui ad auxilium eius
ueniant. Egressi sunt autem pueri principum prouinciarum. In
prima facie. Misit itaque benadab nuntiauerunt ei
dicentes. Uiri egressi sunt de samaria. At ille ait. Si
ue pro pace uenerit apprehendite eos uiros suum ut
prelientur uiuos eos capite. Egressi sunt ergo pueri
principum prouinciarum ac reliquus exercitus sequebatur
ut pro sit unusquisque uirum quod contra se ueniant. Fu-
gerunt sirii et persequutus est eos ierusalem. Fugit quoque be-
nadab rex sirie in equo cum equitibus. Nec non egres-
sus rex ierusalem percussit equos et currus et percussit siria
plaga magna nimis. Accedens autem propheta ad
regem ierusalem ait ei. Uade et fortare et scito et uide
quid facias. Sequenti enim anno rex sirie ascendet
contra te. Seruiuerunt regi sirie dixerunt ei. Dii
montium sunt dii eorum ideo sepauerunt nos. Sed melius est
ut pugnemus contra eos in campestribus et obtinebimus
eos. Dum ergo uerbum hoc fac amoue reges singu-
los ab exercitu tuo ipse principes pro eis et instau-
ra numerum militum qui ceciderunt de tuis et equos pro equis
pro stanos et currus pro curris quos antea habuisti et pu-
gnabimus contra eos in campestribus et uidebimus quod op-
tinebimus eos. Credidit consilio eorum et fecit ita. Et
postquam transierat annus recensuit benadab sirios
et ascendit in aphech ut pugnaret contra ierusalem. Por-
ro filii asrii. Et acceptis cibariis perfecti ex ad uer-
so castraque metati sunt contra eos. Quasi duo

gregis

capra. Sirii autem replebant terram. Et accede-
ns uir dei unus dixit ad regem ierusalem. Hec dicit dominus
omnia dixerunt sirii dominus mons tuus est. et non est dominus ualli-
um dabo omnem multitudinem hanc grandem in ma-
nu tua. et sciatis quia ego sum dominus. Dixerunt ei
vii. diebus ex aduerso hii atque illi acies. Sem-
per tamen autem die commissum est bellum. Percussi sunt
filii ierusalem de syris. c. milia pedites in die una
fugerunt autem qui remanserunt in aphech in ciui-
tatem. et cecidit murus super xx. vii. milia hominum
qui remanserunt. Porro benadab fugiens ingres-
sus est ciuitatem in cubiculum. Quod erat in terra cu-
biculum. Dixerunt ei seruus sui. Ecce audiuimus
quod reges ierusalem clementes sunt. Ponamus itaque saccos in
lumbis nostris. funiculos in capitibus nostris. Et egre-
diamur ad regem ierusalem. Forsitan saluabit animas
nostras. Accinxerunt saccis lumbos suos et posuerunt
funiculos in capitibus suis. Uenerunt ad regem
ierusalem et dixerunt ei. Seruus tuus benadab dicit. Uiuat
oro te anima mea. Et ille ait. Si adhuc uiuit frater
meus est. Quod accepit uiri pro homine et festinantes ra-
puerunt uerbum ex ore eius atque dixerunt. Frater tuus
benadab uiuit. Et dixit eis. Ite et adducite eum.
Egressus est ergo benadab ad eum. Et leuauit eum in cu-
rum suum. Quod dixit ei. Ciuitates quas tulit pater meus
a patre tuo reddam et plateas. Fac tibi in damas-
co sicut fecit pater meus in samaria. Et ego feriatus re-
cedam a te. Pepigit ergo fedus et dimisit eum. Tunc uero
quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in sermo-
ne domini. Percute me. At ille noluit percutere. Cui
ait. Quia noluisti audire uocem domini. Ecce rece-
des a me et percutiet te leo. Cumque recessisset pau-
lulum ab eo. inuenit eum leo atque percussit. Sed et
alium conueniens uirum. Dixit ad eum percute me. Quod
percussit eum et uulneratum. Abiit ergo propheta et occu-
rit regi in uia et mutauit aspersione pulueris
os et oculos suos. Cumque rex transisset clamauit
ad regem et ait. Seruus tuus egressus est ad preliandum
cominus. Cumque fugisset uir unus ad dux eius
quod ad me et ait. Custodi uirum istum. Quod lapsus fu-
erit. Et anima tua pro anima eius aut talentum argenti appen-
des. Dum autem ego turbatus huc illuc mihi uerte-
rem subito non comparuit. Et ait rex ierusalem ad eum. Hec est
iudicium tuum quod ipse decreuisti. At ille statim ab-
stulit puluerem de facie sua et cognouit eum rex ierusalem
quod esset de prophetis. Quod ait ad eum. Hec dicit dominus. Quia
dimisisti uirum dignum morte de manu tua
erit anima tua pro anima eius et populus tuus pro populo eius. Reuersus
est ergo rex ierusalem in domum suam audire contempnens et fu-
ribundus ueniens in samariam.

XXI

Post uerba autem hec tempore illo uinea erat nabo-
th iezrahelite qui erat in iezrahel iuxta palacium
achab regis samarie. Locutus est ergo achab
ad nabo th dicens. Da mihi uineam tuam ut faciam

mortui gloriā quā mea è vpe dñi mīā. Ibi
tunc ꝓpe ūnā mēbroꝝ ꝑ ea aūsiam eoꝝ ꝙ
unusquisq; viaꝝ ūn ꝑuū q̄nt chgē zelw. Cui
nalwth. ꝙnis sit ūn mē dem ꝺeclinet ꝑnu
um illoꝝ. Et ait ergo acl̄us ī wm suā ī dign
aug̃ furōre sē ūbuīq; iaqm filiaꝝ ea nā
wth. ꝙ ꝑtulerūt ꝺicīq. Sō aūt ē ꝺeclinet ꝑ
unusquisq; ꝑ ea. Et ī ūn suā aūnt finē fi
amas ꝑtemas ñ cēt ꝑmē. ꝙ sīc ea ꝺe ea
ēt ꝑtel mur ē. Dimīa. q̄ ꝺ ē ꝑ me mīa q̄
ꝺ illum ē ꝺ ñ cēt ꝺ ꝑmē. ꝺ. ꝺ ea. iaqm
filiaꝝ nalwth. ꝙ ꝑtulerūt ꝺicīq. Et ī ūn suā ea
am accepta ꝑ me mīa. aūsīe placet aūt ꝺ ui
nēā melioꝝ ꝑ ea. ꝑ ut aūt. sō ꝺ ē ūn suam.
suā ꝺ ut ꝙ ea ꝺ ēt ꝑtel mur ē. Quīdī
aūtē ēt. ī ūn ꝺ regī sīc. Ē ungēt cēt ꝑ
uēz aquo ālo ēt. ego aūt ꝺ ē ūn suam nalw
th. ꝙ ꝑtulerūt ꝺicīq. Sīc ꝑ ūn ūn q̄ ꝺ ē ūn
ab. Ā signaū ea ꝙ amulo ꝙ ea. ꝙ as mauoꝝ na
ui ea ꝑ o ꝑmarte ꝙ ea mīr ī cuīmte ea ī ūn
time ē nalwth. ūn aūt ēt ista filiaꝝ ꝺ ciate.
ī cumū ēt ē mate nalwth. ūr ꝑmarte ꝑ
ꝑ subminte ꝺ ut q̄ nt filiaꝝ mal ꝺ cū. ī
fil sū rel ūbm ꝺ ciamt. ꝺ ñ ē nalwth. ꝺ
regem. Ē ꝺ uate ail ī ap mite. ūcq; mu
aūt. Fecerūt ꝙ aūt ea ꝙ mandauꝝ nau ī op
ma tā q̄ ꝙ ūtūr ē eoꝝ ūrū. ꝙ ꝑcepte ea ī
ēt ꝑtel ūr ē ūn ūq; ē ꝙ ūtūr ad eq
ꝑ ꝺ ūtūr ī cumū ē ūt ꝺ ēt ē nalwth. ūr
ꝑmarte ꝑ. ꝙ ꝺuc ea ꝺ uob ꝺ ue filiꝝ ꝺ ibli
ꝺ ēt ē ꝺ ea ꝙ ꝺ ea. Ar ūl. ē ū ꝑ ꝺ ibli ꝺ i
ūnt ꝺ eū ꝺ ēt ūn ꝺ ī ūn ū ea ūm ūn ū ꝺ ūē ꝺ ū
ꝺ ī nalwth. ꝺ ūn regem. q̄ ū ꝺ ūē ꝺ ꝺ ēt
ēū ēt ꝺ ūtūr ē ap ꝺ ūn ūr ꝺ ēt ē. ūn ꝺ ūn
ūr ē ūn ꝺ ūn ꝺ ūn ꝺ ūn ꝺ ūn ꝺ ūn ꝺ ūn ꝺ ūn ꝺ ūn
ēt ꝺ ūtūr. ꝺ ūn ꝺ ūn ꝺ ūn ꝺ ūn ꝺ ūn ꝺ ūn ꝺ ūn
ꝺ ūn

dr illi dnr. Ve vilosa. i. roma pellucida ac
anctis vmbis. ai. dr. Velut q̃ clarissime è.
autem ad eū q̃ gregatim q̃ priuatim. Ite q̃
ame vbi eo. ai. alterū ad eū. Sequimur q̃ ri
ne. me ne. ant. vbi vi vbi sepe ur. vel ceteri
Dñs ihs. velut. dr ad q̃ gregatim. Si ita ve
ri. vel ceteri. ubi ego ero. ibi minister meus
erit. Deleatur ant. Ve celo igitur. i. ad ce
lū. Ite q̃ caute ecclesiarū multe p̃ncipes
q̃ gregatim. alibi ait. Ite eo. ai. iactum è ce
lymo vbi die vespertina. vel ceteri. Ve ego te
ipse ait. Si vbi ego sum. vel ceteri. ego ve
ro celo venire. ant. Ve autem. Deleto ergo
ego ve celo venire. ali. Ite eo. Non mu
tat eadē p̃nomen q̃ gregatim. ita enim è
in factura tua ꝛ in operibus manuum tuarum exultabo.
¶ Quam magnificata sunt opera tua domine nimis
profunde facte sunt cogitationes tue. ¶ Vir insipiens
non cognoscet ꝛ stultus non intelliget hec. ¶ Cum
exorti fuerint peccatores sicut fenum ꝛ apparuerint
omnes qui operantur iniquitatem ut intereant in
seculum seculi. ¶ Tu autem altissimus in eternum
domine. ¶ Quoniam ecce inimici tui domine quoniam
ecce peribunt ꝛ dispergentur omnes qui operantur
iniquitatem. ¶ Et exaltabitur sicut unicornis cornu
meum ꝛ senectus mea in misericordia pinguedine.
¶ Et despexit oculus meus inimicos meos ꝛ insurgentes
in me malignantes audiet auris mea. ¶ Iustus ut palma
florebit sicut cedrus libani multiplicabitur. ¶ Plantati
in domo domini in atriis domus dei nostri florebunt.
¶ Adhuc multiplicabuntur in senectute uberi ꝛ bene
patientes erunt ut annuncient quoniam rectus dominus
deus meus ꝛ non est iniquitas in eo. ¶ Gloria patri
ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. ¶ Sicut erat in principio
ꝛ nunc ꝛ semper ꝛ in secula seculorum amen.

XXIII

Dominus regnauit decorem induit induit
dominus fortitudinem ꝛ precinxit se. ¶ Etenim
firmauit orbem terre qui non commouebitur.
¶ Parata sedes tua ex tunc a seculo tu es. ¶ Eleuauerunt
flumina domine eleuauerunt flumina vocem suam.
¶ A vocibus aquarum multarum mirabiles elationes
maris. ¶ Mirabilis in altis dominus. ¶ Testimonia
tua credibilia facta sunt nimis domum tuam decet
sanctitudo domine in longitudinem dierum. ¶ Gloria
patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. ¶ Sicut erat in principio
ꝛ nunc ꝛ semper ꝛ in secula seculorum amen.

XXIIII

Domini est terra ꝛ plenitudo eius orbis terrarum
ꝛ universi qui habitant in eo. ¶ Quia ipse super
maria fundauit eum ꝛ super flumina preparauit eum.
¶ Quis ascendet in montem domini aut quis stabit
in loco sancto eius. ¶ Innocens manibus ꝛ mundo
corde qui non accepit in vano animam suam ꝛ non
iurauit in dolo proximo suo. ¶ Hic accipiet benedictionem
a domino ꝛ misericordiam a deo salutari suo. ¶ Hec
est generatio querentium eum querentium faciem dei
iacob. ¶ Attollite portas principes vestras ꝛ elevamini
portę eternales ꝛ introibit rex glorie. ¶ Quis est iste
rex glorie dominus fortis ꝛ potens dominus potens
in prelio. ¶ Attollite portas principes vestras ꝛ elevamini
portę eternales ꝛ introibit rex glorie. ¶ Quis est iste
rex glorie dominus virtutum ipse est rex glorie.
¶ Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. ¶ Sicut erat
in principio ꝛ nunc ꝛ semper ꝛ in secula seculorum amen.

XXV

Ad te domine levavi animam meam deus meus
in te confido non erubescam. ¶ Neque irrideant me
inimici mei ꝛ enim universi qui sustinent te non
confundentur. ¶ Confundantur omnes iniqua agentes
supervacue. ¶ Vias tuas domine demonstra mihi
ꝛ semitas tuas edoce me. ¶ Dirige me in veritate tua
ꝛ doce me quia tu es deus salvator meus ꝛ te sustinui
tota die. ¶ Memor esto domine miserationum tuarum
ꝛ misericordiarum tuarum que a seculo sunt. ¶ Delicta
iuventutis mee ꝛ ignorantias meas ne memineris.
¶ Secundum misericordiam tuam memento mei tu
propter bonitatem tuam domine. ¶ Dulcis ꝛ rectus
dominus propter hoc legem dabit delinquentibus
in via. ¶ Diriget mansuetos in iudicio docebit mites
vias suas. ¶ Universe vie domini misericordia ꝛ veritas
requirentibus testamentum eius ꝛ testimonia eius.
¶ Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato
meo multum est. ¶ Quis est homo qui timet dominum
legem statuit ei in via quam elegit. ¶ Anima eius
in bonis demorabitur ꝛ semen eius hereditabit terram.
¶ Firmamentum est dominus timentibus eum ꝛ testamentum
ipsius ut manifestetur illis. ¶ Oculi mei semper ad
dominum quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.
¶ Respice in me ꝛ miserere mei quoniam unicus ꝛ pauper
sum ego. ¶ Tribulationes cordis mei dilatate sunt
de necessitatibus meis eripe me. ¶ Vide humilitatem
meam ꝛ laborem meum ꝛ dimitte universa delicta mea.
¶ Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt
ꝛ odio iniquo oderunt me. ¶ Custodi animam meam
ꝛ eripe me non erubescam quoniam speravi in te.
¶ Innocentes ꝛ recti adhesserunt mihi quoniam sustinui
te. ¶ Libera deus israel ex omnibus tribulationibus suis.
¶ Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. ¶ Sicut erat
in principio ꝛ nunc ꝛ semper ꝛ in secula seculorum amen.

XXVI

Iudica me domine quoniam ego in innocentia mea
ingressus sum ꝛ sperans in domino non infirmabor.
¶ Proba me domine ꝛ tempta me ure renes meos ꝛ cor
meum. ¶ Quoniam misericordia tua ante oculos meos
est ꝛ complacui in veritate tua. ¶ Non sedi cum
concilio vanitatis ꝛ cum iniquam gerentibus non introibo.
¶ Odivi ecclesiam malignantium ꝛ cum impiis non sedebo.
¶ Lavabo inter innocentes manus meas ꝛ circumdabo
altare tuum domine. ¶ Ut audiam vocem laudis tue
ꝛ enarrem universa mirabilia tua. ¶ Domine dilexi
decorem domus tue ꝛ locum habitationis gloriae tue.
¶ Ne perdas cum impiis deus animam meam ꝛ cum
viris sanguinum vitam meam. ¶ In quorum manibus
iniquitates sunt dextera eorum repleta est muneribus.
¶ Ego autem in innocentia mea ingressus sum redime
me ꝛ miserere mei. ¶ Pes meus stetit in directo in
ecclesiis benedicam te domine. ¶ Gloria patri ꝛ filio
ꝛ spiritui sancto. ¶ Sicut erat in principio ꝛ nunc
ꝛ semper ꝛ in secula seculorum amen.

XXVII

Dominus illuminatio mea ꝛ salus mea quem timebo.
¶ Dominus protector vite mee a quo trepidabo.
¶ Dum appropiant super me nocentes ut edant carnes
meas. ¶ Qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati
sunt ꝛ ceciderunt. ¶ Si consistant adversum me castra
non timebit cor meum. ¶ Si exurgat adversum me
prelium in hoc ego sperabo. ¶ Unam petii a domino
hanc requiram ut inhabitem in domo domini omnibus
diebus vite mee. ¶ Ut videam voluptatem domini
ꝛ visitem templum eius. ¶ Quoniam abscondit me
in tabernaculo suo in die malorum protexit me in
abscondito tabernaculi sui. ¶ In petra exaltavit me
ꝛ nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.
¶ Circuivi ꝛ immolavi in tabernaculo eius hostiam
vociferationis cantabo ꝛ psalmum dicam domino.
¶ Exaudi domine vocem meam qua clamavi ad te
miserere mei ꝛ exaudi me. ¶ Tibi dixit cor meum
exquisivit te facies mea faciem tuam domine requiram.
¶ Ne avertas faciem tuam a me ne declines in ira a
servo tuo. ¶ Adiutor meus esto ne derelinquas me
ꝛ ne despicias me deus salutaris meus. ¶ Quoniam
pater meus ꝛ mater mea dereliquerunt me dominus
autem assumpsit me. ¶ Legem pone mihi domine in
via tua ꝛ dirige me in semitam rectam propter inimicos
meos. ¶ Ne tradideris me in animas tribulantium me
quoniam insurrexerunt in me testes iniqui ꝛ mentita
est iniquitas sibi. ¶ Credo videre bona domini in
terra viventium. ¶ Expecta dominum viriliter age
ꝛ confortetur cor tuum ꝛ sustine dominum. ¶ Gloria
patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. ¶ Sicut erat in principio
ꝛ nunc ꝛ semper ꝛ in secula seculorum amen.

XXVIII

Afferte domino filii dei afferte domino filios arietum.
¶ Afferte domino gloriam ꝛ honorem afferte domino
gloriam nomini eius. ¶ Adorate dominum in atrio
sancto eius. ¶ Vox domini super aquas deus maiestatis
intonuit dominus super aquas multas. ¶ Vox domini
in virtute vox domini in magnificentia. ¶ Vox domini
confringentis cedros ꝛ confringet dominus cedros libani.
¶ Et comminuet eas tanquam vitulum libani ꝛ dilectus
quemadmodum filius unicornium. ¶ Vox domini intercidentis
flammam ignis. ¶ Vox domini concutientis desertum
ꝛ commouebit dominus desertum cades. ¶ Vox domini
preparantis cervos ꝛ revelabit condensa. ¶ Et in templo
eius omnes dicent gloriam. ¶ Dominus diluvium inhabitare
facit ꝛ sedebit dominus rex in eternum. ¶ Dominus
virtutem populo suo dabit dominus benedicet populum
suum in pace. ¶ Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto.
¶ Sicut erat in principio ꝛ nunc ꝛ semper ꝛ in secula
seculorum amen.

XXIX

Exaltabo te domine quoniam suscepisti me ꝛ non
delectasti inimicos meos super me. ¶ Domine clamavi
ad te ꝛ sanasti me. ¶ Domine eduxisti ab inferno
animam meam salvasti me a descendentibus in lacum.
¶ Psallite domino sancti eius ꝛ confitemini memorie
sanctitudinis eius. ¶ Quoniam ira in indignatione eius
ꝛ vita in voluntate eius ad vesperum demorabitur
fletus ꝛ ad matutinum letitia. ¶ Ego autem dixi in
abundantia mea non movebor in eternum. ¶ Domine
in voluntate tua prestitisti decori meo virtutem.
¶ Avertisti faciem tuam a me ꝛ factus sum conturbatus.
¶ Ad te domine clamabo ꝛ ad deum meum deprecabor.
¶ Quis utilitas in sanguine meo dum descendo in
corruptionem. ¶ Numquid confitebitur tibi pulvis
aut annunciabit veritatem tuam. ¶ Audivit dominus
ꝛ misertus est mei dominus factus est adiutor meus.
¶ Convertisti planctum meum in gaudium mihi
conscidisti saccum meum ꝛ circumdedisti me letitia.
¶ Ut cantet tibi gloria mea ꝛ non compungar domine
deus meus in eternum confitebor tibi. ¶ Gloria patri
ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. ¶ Sicut erat in principio
ꝛ nunc ꝛ semper ꝛ in secula seculorum amen.

XXX

In te domine speravi non confundar in eternum
in iustitia tua libera me. ¶ Inclina ad me aurem
tuam accelera ut eruas me. ¶ Esto mihi in deum
protectorem ꝛ in domum refugii ut salvum me facias.
¶ Quoniam firmamentum meum ꝛ refugium meum
es tu ꝛ propter nomen tuum dirige me ꝛ enutries me.
¶ Educes me de laqueo hoc quem absconderunt
mihi quoniam tu es protector meus. ¶ In manus
tuas commendabo spiritum meum redemisti me
domine deus veritatis. ¶ Odisti observantes vanitates
supervacue ego autem in domino speravi. ¶ Exultabo
ꝛ letabor in misericordia tua quia respexisti humilitatem
meam. ¶ Cognovisti animam meam in necessitatibus
ꝛ non conclusisti me in manibus inimici. ¶ Statuisti
in loco spatioso pedes meos miserere mei domine
quoniam tribulor. ¶ Conturbatus est in ira oculus
meus anima mea ꝛ venter meus. ¶ Quoniam defecit
in dolore vita mea ꝛ anni mei in gemitibus. ¶ Infirmata
est in inopia virtus mea ꝛ conturbata sunt ossa mea.
¶ Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium
vicinis meis valde ꝛ timor notis meis. ¶ Qui videbant
me foras fugerunt a me. ¶ Oblivioni datus sum tanquam
mortuus a corde. ¶ Factus sum tanquam vas perditum
quoniam audivi vituperationem multorum commorantium
in circuitu. ¶ In eo dum convenirent simul accipere
animam meam consilium ceperunt. ¶ Ego autem in te
speravi domine dixi tu es deus meus. ¶ In manibus
tuis sortes mee eripe me de manu inimicorum meorum
ꝛ a persequentibus me. ¶ Illustra faciem tuam super
servum tuum salvum me fac in misericordia tua.
¶ Non confundar domine quoniam invocavi te erubescant
impii ꝛ deducantur in infernum. ¶ Fiant labia dolosa
que loquuntur adversus iustum iniquitatem in superbia
ꝛ abusione. ¶ Quam magna multitudo dulcedinis tue
domine quam abscondisti timentibus te. ¶ Perfecisti
eis qui sperant in te in conspectu filiorum hominum.
¶ Protege eos in abscondito faciei tue a conturbatione
hominum. ¶ Protege eos in tabernaculo tuo a contradictione
linguarum. ¶ Benedictus dominus quoniam mirificavit
misericordiam suam mihi in civitate munita. ¶ Ego
autem dixi in excessu meo projectus sum a facie oculorum
tuorum. ¶ Ideo exaudisti orationem meam dum clamarem
ad te. ¶ Diligite dominum omnes sancti eius quoniam
veritatem requirit dominus ꝛ retribuet abundanter
facientibus superbiam. ¶ Viriliter agite ꝛ confortetur
cor vestrum omnes qui speratis in domino. ¶ Gloria
patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. ¶ Sicut erat in principio
ꝛ nunc ꝛ semper ꝛ in secula seculorum amen.

XXXI

Beati quorum remisse sunt iniquitates ꝛ quorum
tecta sunt peccata. ¶ Beatus vir cui non imputavit
dominus peccatum nec est in spiritu eius dolus.
¶ Quoniam tacui inveterarunt ossa mea dum clamarem
tota die. ¶ Quoniam die ac nocte gravata est super
me manus tua conversus sum in erumpna mea dum
configitur spina. ¶ Delictum meum cognitum tibi feci
ꝛ iniustitiam meam non abscondi. ¶ Dixi confitebor
adversum me iniustitiam meam domino ꝛ tu remisisti
impietatem peccati mei. ¶ Pro hac orabit ad te omnis
sanctus in tempore opportuno. ¶ Verumtamen in diluvio
aquarum multarum ad eum non approximabunt.
¶ Tu es refugium meum a tribulatione que circumdedit
me exultatio mea erue me a circumdantibus me.
¶ Intellectum tibi dabo ꝛ instruam te in via hac qua
gradieris firmabo super te oculos meos. ¶ Nolite fieri
sicut equus ꝛ mulus quibus non est intellectus.
¶ In camo ꝛ freno maxillas eorum constringe qui
non approximant ad te. ¶ Multe tribulationes peccatoris
sperantem autem in domino misericordia circumdabit.
¶ Letamini in domino ꝛ exultate iusti ꝛ gloriamini
omnes recti corde. ¶ Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui
sancto. ¶ Sicut erat in principio ꝛ nunc ꝛ semper
ꝛ in secula seculorum amen.

XXXII

Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio.
¶ Confitemini domino in cithara in psalterio decacordo
psallite illi. ¶ Cantate ei canticum novum bene psallite
ei in vociferatione. ¶ Quia rectum est verbum domini
ꝛ omnia opera eius in fide. ¶ Diligit misericordiam
ꝛ iudicium misericordia domini plena est terra.
¶ Verbo domini celi firmati sunt ꝛ omnis virtus eorum
spiritu oris eius. ¶ Congregans sicut in utre aquas
maris ponens in thesauris abyssos. ¶ Timeat dominum
omnis terra ꝛ ab eo commoveantur omnes habitatores
orbis. ¶ Quoniam ipse dixit ꝛ facta sunt ipse mandavit
ꝛ creata sunt. ¶ Dominus dissipat consilia gentium
reprobat autem cogitationes populorum ꝛ reprobat
consilia principum. ¶ Consilium autem domini manet
in eternum cogitationes cordis eius in generationem
ꝛ generationem. ¶ Beata gens cuius est dominus deus
eius populus quem elegit in hereditatem sibi. ¶ De
celo respexit dominus vidit omnes filios hominum.
¶ De preparato habitaculo suo respexit super omnes
qui habitant terram. ¶ Qui finxit sigillatim corda
eorum qui intelligit omnia opera eorum. ¶ Numquid
salvabitur rex per multam virtutem ꝛ gigas non salvabitur
in multitudine virtutis sue. ¶ Fallax equus ad salutem
in abundantia autem virtutis sue non salvabitur.
¶ Ecce oculus domini super timentes eum ꝛ in eos
qui sperant super misericordiam eius. ¶ Ut eruat
a morte animas eorum ꝛ alat eos in fame. ¶ Anima
nostra sustinet dominum quoniam adiutor ꝛ protector
noster est. ¶ Quia in eo letabitur cor nostrum ꝛ in
nomine sancto eius speravimus. ¶ Fiat misericordia
tua domine super nos quemadmodum speravimus in te.
¶ Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. ¶ Sicut erat
in principio ꝛ nunc ꝛ semper ꝛ in secula seculorum amen.

XXXIII

Benedicam dominum in omni tempore semper laus
eius in ore meo. ¶ In domino laudabitur anima mea
audiant mansueti ꝛ letentur. ¶ Magnificate dominum
mecum ꝛ exaltemus nomen eius in idipsum. ¶ Exquisivi
dominum ꝛ exaudivit me ꝛ ex omnibus tribulationibus
meis eripuit me. ¶ Accedite ad eum ꝛ illuminamini
ꝛ facies vestre non confundentur. ¶ Iste pauper clamavit
ꝛ dominus exaudivit eum ꝛ ex omnibus tribulationibus
eius salvavit eum. ¶ Immittet angelus domini in circuitu
timentium eum ꝛ eripiet eos. ¶ Gustate ꝛ videte quoniam
suavis est dominus beatus vir qui sperat in eo.
¶ Timete dominum omnes sancti eius quoniam non
est inopia timentibus eum. ¶ Divites egerunt ꝛ esurierunt
inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.
¶ Venite filii audite me timorem domini docebo vos.
¶ Quis est homo qui vult vitam diligit videre dies
bonos. ¶ Prohibe linguam tuam a malo ꝛ labia tua
ne loquantur dolum. ¶ Declina a malo ꝛ fac bonum
inquire pacem ꝛ persequere eam. ¶ Oculi domini super
iustos ꝛ aures eius in preces eorum. ¶ Vultus autem
domini super facientes mala ut perdat de terra memoriam
eorum. ¶ Clamaverunt iusti ꝛ dominus exaudivit eos
ꝛ ex omnibus tribulationibus eorum eripuit eos.
¶ Prope est dominus contribulatis corde ꝛ humiles
spiritu salvabit. ¶ Multe tribulationes iusti ꝛ de
omnibus his liberabit eum dominus. ¶ Custodit dominus
omnia ossa eorum unum ex his non conteretur.
¶ Mors peccatorum pessima ꝛ qui odiunt iustum
delinquent. ¶ Redimet dominus animas servorum suorum
ꝛ non delinquent omnes qui sperant in eo. ¶ Gloria
patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. ¶ Sicut erat in principio
ꝛ nunc ꝛ semper ꝛ in secula seculorum amen.

XXXIIII

Iudica domine nocentes me impugna impugnantes
me. ¶ Apprehende arma ꝛ scutum ꝛ exurge in adiutorium
mihi. ¶ Effunde frameam ꝛ conclude adversum eos
qui persequuntur me dic anime mee salus tua ego sum.
¶ Confundantur ꝛ revereantur quesentes animam meam
convertantur retrorsum ꝛ erubescant cogitantes mihi
mala. ¶ Fiant sicut pulvis ante faciem venti ꝛ angelus
domini coartans eos. ¶ Fiat via illorum tenebre ꝛ lubricum
ꝛ angelus domini persequens eos. ¶ Quoniam gratis
absconderunt mihi interitum laqueum suum ꝛ gratis
exprobraverunt animam meam. ¶ Veniat illi laqueus
quem ignorat ꝛ captio quam abscondit apprehendat
eum ꝛ in laqueum cadat in ipsum. ¶ Anima autem
mea exultabit in domino ꝛ delectabitur super salutari
suo. ¶ Omnia ossa mea dicent domine quis similis
tibi. ¶ Eripiens inopem de manu fortiorum eo ꝛ egenum
a diripientibus eum. ¶ Surgentes testes iniqui quod
ignorabam interrogabant me. ¶ Retribuebant mihi
mala pro bonis ꝛ sterilitatem animabus meis. ¶ Ego
autem cum mutarentur illi vestimentum meum cilicium
humiliabam in ieiunio animam meam ꝛ oratio mea
in sinu meo convertetur. ¶ Quasi proximum ꝛ quasi
fratrem nostrum sic placebam ꝛ quasi lugens nigrum
ꝛ quasi contristatus sic humiliabam me. ¶ Et adversum
me letati sunt ꝛ congregati sunt flagella ꝛ non cognoverunt
congregati sunt adversum me ꝛ dilacerati non compungebantur.
¶ Tentaverunt me subsannatione derisionis ꝛ comprehenderunt
super me dentibus suis. ¶ Domine quando respicies
restitue animam meam a malignantium insidiis unicam
meam a leonibus. ¶ Confitebor tibi in ecclesia magna
in populo gravi laudabo te. ¶ Non supergaudeant mihi
qui inimici sunt mihi inique ꝛ qui odiunt me nutu
ꝛ innuunt oculis. ¶ Quoniam mihi quidem pacifice
loquebantur ꝛ in iram terre loquentes dolos cogitabant.
¶ Et dilataverunt super me os suum dixerunt euge euge
viderunt oculi nostri. ¶ Vidisti domine ne sileas
dominus ne discedas a me. ¶ Exurge ꝛ intende iudicio
meo deus meus ꝛ dominus meus in causam meam.
¶ Iudica me secundum iustitiam tuam domine deus
meus ꝛ non supergaudeant mihi. ¶ Ne dicant in cordibus
suis euge euge anime nostre ne dicant absorbuimus
eum. ¶ Erubescant ꝛ revereantur simul qui letantur
malis meis induantur confusione ꝛ reverentia qui
magnificantur super me. ¶ Exultent ꝛ letentur qui
volunt iustitiam meam ꝛ dicant semper magnificetur
dominus qui volunt pacem servi sui. ¶ Et lingua mea
meditabitur iustitiam tuam tota die laudem tuam.
¶ Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. ¶ Sicut erat
in principio ꝛ nunc ꝛ semper ꝛ in secula seculorum amen.

XXXV

Dixit iniustus ut delinquat in semetipso non est
timor dei. ¶ Quoniam dolose egit in conspectu eius
ut inveniatur iniquitas eius odio habendus. ¶ Verba
oris eius iniquitas ꝛ dolus noluit intelligere ut bene
ageret. ¶ Iniquitatem meditatus est in cubili suo
astitit omni via non bona malitiam autem non odivit.
¶ Domine in celo misericordia tua ꝛ veritas tua usque
ad nubes. ¶ Iustitia tua sicut montes dei iudicia tua
abyssus multa. ¶ Homines ꝛ iumenta salvabis domine
quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus.
¶ Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum
sperabunt. ¶ Inebriabuntur ab ubertate domus tue
ꝛ torrente voluptatis tue potabis eos. ¶ Quoniam apud
te est fons vite in lumine tuo videbimus lumen.
¶ Prolonga misericordiam tuam scientibus te ꝛ iustitiam
tuam his qui recto sunt corde. ¶ Non veniat mihi
pes superbie ꝛ manus peccatorum non moveat me.
¶ Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem expulsi
sunt nec potuerunt stare. ¶ Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui
sancto. ¶ Sicut erat in principio ꝛ nunc ꝛ semper
ꝛ in secula seculorum amen.

XXXVI

Noli emulari in malignantibus neque zelaveris facientes
iniquitatem. ¶ Quoniam tanquam fenum velocius arescent
ꝛ quemadmodum olera herbarum cito decident. ¶ Spera
in domino ꝛ fac bonitatem habita in terra ꝛ pascere
in divitiis eius. ¶ Delectare in domino ꝛ dabit tibi
petitiones cordis tui. ¶ Revela domino viam tuam
ꝛ spera in eo ꝛ ipse faciet. ¶ Et educet quasi lumen
iustitiam tuam ꝛ iudicium tuum tanquam meridiem.
¶ Subditus esto domino ꝛ ora eum ne emulare virum
prosperantem in via sua. ¶ Desine ab ira ꝛ derelinque
furorem noli emulari ut non malefacias. ¶ Quoniam
malignantes exterminabuntur sustinentes autem dominum
ipsi hereditabunt terram. ¶ Adhuc enim modicum
ꝛ non erit peccator ꝛ quesita loco eius non invenies.
¶ Mansueti autem hereditabunt terram ꝛ delectabuntur
in multitudine pacis. ¶ Observabit peccator iustum
ꝛ stridebit super eum dentibus suis. ¶ Dominus autem
irridebit eum quoniam videt venire diem eius. ¶ Gladium
evaginaverunt peccatores intenderunt arcum suum
ut dejicerent inopem ꝛ egenum ut trucidarent rectos
corde. ¶ Gladius eorum intret in corda ipsorum
ꝛ arcus eorum confringatur. ¶ Melius est modicum
iusto super divitias peccatorum multas. ¶ Quoniam
brachia peccatorum conterentur confirmat autem iustos
dominus. ¶ Novit dominus dies immaculatorum ꝛ hereditas
eorum in eternum erit. ¶ Non confundentur in tempore
malo ꝛ in diebus famis saturabuntur. ¶ Quoniam peccatores
peribunt ꝛ inimici domini statim ut honorificati exaltati
ꝛ deficientes quasi fumo deficient. ¶ Mutuabitur peccator
ꝛ non solvet iustus autem miserans tribuet. ¶ Quoniam
benedicentes ei hereditabunt terram maledicentes autem
ei interibunt. ¶ A domino gressus hominis dirigentur
ꝛ viam eius volet. ¶ Cum ceciderit non collidetur
quia dominus supponit manum suam. ¶ Puer fui etenim
senui ꝛ non vidi iustum derelictum nec semen eius
querens panem. ¶ Tota die misericordiatur ꝛ commodat
ꝛ semen illius in benedictione erit. ¶ Declina a malo
ꝛ fac bonum ꝛ habita in seculum seculi. ¶ Quia dominus
diligit iudicium ꝛ non derelinquet sanctos suos.
¶ In eternum conservabuntur iniusti semen autem
impiorum peribit. ¶ Iusti hereditabunt terram ꝛ habitabunt
super eam in seculum seculi. ¶ Os iusti meditabitur
sapientiam ꝛ lingua eius loquetur iudicium. ¶ Lex
dei ipsius in corde ipsius ꝛ non supplantabuntur gressus
eius. ¶ Observabit peccator iustum ꝛ quasi querit
mortificare eum. ¶ Dominus non derelinquet eum in
manibus eius nec damnabit eum cum judicatur.
¶ Expecta dominum ꝛ custodi viam eius ꝛ exaltabit
te ut hereditate possideas terram. ¶ Cum interierint
peccatores videbis ꝛ exaltabitur sicut cedrus libani
ꝛ transivi ꝛ ecce non erat ꝛ quesivi eum ꝛ non est
inventus locus eius. ¶ Custodi innocentiam ꝛ vide
equitatem quia sunt relicta viro pacifico. ¶ Iniqui
autem disperdentur simul reliquie impiorum interibunt.
¶ Salus autem iustorum a domino qui protector est
eorum in tempore tribulationis. ¶ Et adiuvabit eos
dominus ꝛ liberabit eos ꝛ eripiet eos a peccatoribus
ꝛ salvos faciet eos quoniam speraverunt in eo.
¶ Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. ¶ Sicut erat
in principio ꝛ nunc ꝛ semper ꝛ in secula seculorum amen.

XXXVII

Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira
tua corripias me. ¶ Quoniam sagitte tue infixe sunt
mihi ꝛ confirmasti super me manum tuam. ¶ Non est
sanitas in carne mea a facie ire tue non est pax
ossibus meis a facie peccatorum meorum. ¶ Quoniam
iniquitates mee supergressa sunt caput meum sicut
onus grave gravate sunt super me. ¶ Putruerunt
ꝛ corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee.
¶ Miser factus sum ꝛ curvatus sum usque in finem
tota die contristatus ingrediebar. ¶ Quoniam lumbi
mei impleti sunt illusionibus ꝛ non est sanitas in
carne mea. ¶ Afflictus sum ꝛ humiliatus sum nimis
rugiebam a gemitu cordis mei. ¶ Domine ante te omne
desiderium meum ꝛ gemitus meus a te non est absconditus.
¶ Cor meum conturbatum est dereliquit me virtus mea
ꝛ lumen oculorum meorum ꝛ ipsum non est mecum.
¶ Amici mei ꝛ proximi mei adversum me appropiabunt
ꝛ steterunt. ¶ Et qui juxta me erant de longe steterunt
ꝛ vim faciebant qui querebant animam meam. ¶ Et
qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates
ꝛ dolos tota die meditabantur. ¶ Ego autem tanquam
surdus non audiebam ꝛ sicut mutus non aperiens os
suum. ¶ Factus sum sicut homo non audiens ꝛ non
habens in ore suo redargutiones. ¶ Quoniam in te
domine speravi tu exaudies me domine deus meus.
¶ Quia dixi nequando supergaudeant inimici mei mihi
ꝛ dum commoventur pedes mei super me magna locuti
sunt. ¶ Quoniam ego in flagella paratus sum ꝛ dolor
meus in conspectu meo semper. ¶ Quoniam iniquitatem
meam annunciabo ꝛ cogitabo pro peccato meo. ¶ Inimici
autem mei vivunt ꝛ confortati sunt super me ꝛ multiplicati
sunt qui oderunt me inique. ¶ Qui retribuunt mala
pro bonis detrahebant mihi quoniam sequebar bonitatem.
¶ Ne derelinquas me domine deus meus ne discesseris
a me. ¶ Intende in adiutorium meum domine virtutis
mee salutis mee. ¶ Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui
sancto. ¶ Sicut erat in principio ꝛ nunc ꝛ semper
ꝛ in secula seculorum amen.

XXXVIII

Dixi custodiam vias meas ut non delinquam in lingua
mea. ¶ Posui ori meo custodiam cum consisteret peccator
adversum me. ¶ Obmutescam ꝛ humiliatus fuero ꝛ silebo
a bonis ꝛ dolor meus renovatus est. ¶ Concaluit cor
meum intra me ꝛ in meditatione mea exardescet ignis.
¶ Locutus sum in lingua mea notum fac mihi domine
finem meum ꝛ numerum dierum meorum quis est ut
sciam quid desit mihi. ¶ Ecce mensurabiles posuisti
dies meos ꝛ substantia mea tanquam nichilum ante
te. ¶ Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens.
¶ Verumtamen in imagine pertransit homo ꝛ vanitatem
thesaurizat ꝛ ignorat cui congregabit ea. ¶ Et nunc
quid est expectatio mea nonne dominus ꝛ substantia
mea apud te est. ¶ Et ab omnibus iniquitatibus meis
eripe me opprobrium insipienti ne dederis me. ¶ Obmutui
ꝛ non aperui os meum quoniam tu fecisti. ¶ Amove
a me plagas tuas a fortitudine manus tue ego defeci.
¶ In increpationibus propter iniquitatem castigasti
hominem ꝛ tabescere fecisti sicut a tinea desiderium
eius. ¶ Verumtamen vanitas omnis homo vivens.
¶ Exaudi orationem meam domine ꝛ deprecationem meam
auribus percipe lacrimam meam ne sileas. ¶ Quoniam
advena ego sum apud te ꝛ peregrinus sicut omnes
patres mei. ¶ Remitte mihi ut refrigerer prius quam
abeam ꝛ amplius non ero. ¶ Gloria patri ꝛ filio
ꝛ spiritui sancto. ¶ Sicut erat in principio ꝛ nunc
ꝛ semper ꝛ in secula seculorum amen.

XXXIX

Expectans expectavi dominum ꝛ intendit mihi.
¶ Et exaudivit preces meas ꝛ eduxit me de lacu miserie
ꝛ de luto fecis. ¶ Et statuit super petram pedes meos
ꝛ direxit gressus meos. ¶ Et immisit in os meum
canticum novum carmen deo nostro. ¶ Videbunt multi
ꝛ timebunt ꝛ sperabunt in domino. ¶ Beatus vir
cuius est nomen domini spes eius ꝛ non respexit
in vanitates ꝛ insanias falsas. ¶ Multa fecisti tu
domine deus meus mirabilia tua ꝛ cogitationibus
tuis non est qui similis sit tibi. ¶ Annunciavi ꝛ
locutus sum multiplicati sunt super numerum. ¶ Sacrificium
ꝛ oblationem noluisti aures autem perfecisti mihi.
¶ Holocaustum ꝛ pro peccato non postulasti tunc
dixi ecce venio. ¶ In capite libri scriptum est de
me ut facerem voluntatem tuam deus meus volui
ꝛ legem tuam in medio cordis mei. ¶ Annunciavi
iustitiam tuam in ecclesia magna ecce labia mea non
prohibebo domine tu scisti. ¶ Iustitiam tuam non
abscondi in corde meo veritatem tuam ꝛ salutare
tuum dixi. ¶ Non occultavi misericordiam tuam ꝛ
veritatem tuam a concilio multo. ¶ Tu autem domine
ne longe facias miserationes tuas a me misericordia
tua ꝛ veritas tua semper susceperunt me. ¶ Quoniam
circumdederunt me mala quorum non est numerus
comprehenderunt me iniquitates mee ꝛ non potui ut
viderem multiplicate sunt super capillos capitis mei
ꝛ cor meum dereliquit me. ¶ Complacere domine ut
eruas me domine ad adiuvandum me respice. ¶ Confundantur
ꝛ revereantur simul qui querunt animam meam ut
auferant eam convertantur retrorsum ꝛ revereantur
qui volunt mihi mala. ¶ Fiant statim confundentes
me qui dicunt mihi euge euge. ¶ Exultent ꝛ letentur
in te omnes qui querunt te ꝛ dicant semper magnificetur
dominus qui diligunt salutare tuum. ¶ Ego autem
mendicus sum ꝛ pauper dominus solicitus est mei.
¶ Adiutor meus ꝛ protector meus es tu deus meus
ne tardaveris. ¶ Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui
sancto. ¶ Sicut erat in principio ꝛ nunc ꝛ semper
ꝛ in secula seculorum amen.

XL

Beatus qui intellig

am. t eruit gaudio ꝑ uiri. q lapidē
genuit eruit i eo. Ruitur ꝑ uiro t mu
ria t erubescā ꝙ ge mui. Prebe fili mi cor
tuū michi t oculi tui uias meas custodi
ant. Fouea ꝓfunda ē meretrix t puteus
angust⁹ aliena. Insidiatur i uia q̄si la
tro quos iactuos⁹ usq; inuiolatos faciet. Cui uoc⁹
patet nec cauet. Cui fouea ē fili cā uitā
a caute uisibilib⁹ cōtra inuisibilia. Ne
mine ergo amare i mundo. Sicut enim
uitare mortē ita ꝙrere uitā. Ne ergo
cuq; laboret ut sibi uitā ꝙcuret: XXIIII

Ne emulēris uiros malos. nec ꝙcupiscas
esse cū eis. Quarū mētes meditantur rapi
nā t fraudes labia eōr̄ loquunt. Sapiē
tia edificabit domū t prudētia roborabit. In scē
na replebunt cellaria uniuersa. Substātia pre
tiosa t pulcherrima. Vir sapiēs fortis ē t uir doc⁹
robustus t ualidus. Q̄ ē enim bellū ꝙ
sine consilio administrari. Victoria sta
bilis ubi multa ē ꝓuisio. Ne ꝙcupiscas
stulti ꝙ sapiēs ē. aut ꝙ cū eis cogitet
malefacere. Istos enim subito. Cogitatio stulti ꝙ
cati ē. t abhominatio hōium detractor. Si
ꝙ fatuis lapsus fuerit angustiatus. Imminu
etur fortitudo tua. Cui ergo inuocatur
auxiliū. nisi ꝙ iustus est. t misericors
et nō cessat. Si remiserit nec nō subplātet. q
in pectore ē eōr̄. ꝙ melius. t suauius
alē me modo fallit. respexi. t noui uerita
tē fui. Comede fili mi mel ꝙ bonū est
t fauum dulcissimū gutturi tuo. Sic et sa
pientia sapē tue. Sum ē cū ea spē tuā habe
bis. t spes tua non ꝙ pdet. Ne insidia
ueris ꝙ impie requiē impietatis. Et domui eius
ne euastes. neq; ꝙ ei⁹ uocē. Septies enim cadet iust⁹
t resurget. impij aut corruent in malū. Cū
ceciderit inimicus tuus ne gaudeas. t in
ruina eius ne exultet cor tuū. ne forte uideat
dñs t displiceat ei. auferetq; ab eo iram
suā. Ne contenda cū pessimis. nec emulē
ris impios. q̄m nō erit futuri ꝙ mali. t lucer
na impioꝝ extinguetur. Time dñm fili
mi. t regē. nec cōtra eos uelis ꝙmiscere.
q̄m ꝙrunt⁹ oriuntur repentino. et ruinā
utriusq; genoui. Hec quoq; sapientibus. Co
gnoscere ꝑsonā in iudicio. nō ē bonū. Q̄ dicit
impio iniusta. maledicēt ei ꝓpli. t detestā
buntur eum tribus. At arguentib⁹ laudātib⁹
eū ꝓpitia ueniet bñdō. Labia ꝙsolabūt. q̄ re
ctā uidebūt respōsū. Ꝓpa foris et ꝙpara
agrū. et edifica domū tuā.
am. Ne fueris testis frustra ꝙ proximo tuo. nec
lactes quemq; tuis labiis. Ne dicas. sic
mihi fecit. sic reddā unicuiq; ꝙ operi suo. Pigri agri
transiui. t uineam uiri stulti. t ecce totus repleuerat urti
cis. operuerant superficiē eius. t maceria lapi
dum destructa erat. Quā cū uidissem
ponere in corde meo. exemplo didici ꝙ
am. Paulū ꝙcubes. paulū dormias. paululū manū
ad ꝙquiescendū ꝓpones. et ueniet tibi ꝙ
si uiator ambulans. et egestas quasi
manu ꝙfector. Si autē uir pacific⁹ fuerit.
mace. hec quoq; parabole salomonis. quas transtu
lerūt uiri ezechie regis iude. XXV

Alia ꝙ ē collectio ubi. t glia regū israel intelligi
mus. Gloria dei celare uerbū. t gloria regum inue
stigare sermōem. Celi sursū t terra deorsum. et cor re
gum inscrutabile. Auferte rubiginē de argē
to. t egredietur uas ꝓ purissimū. Auferte
impietatem de uultu regis. t firmabit iustitia
thronū eius. Ne gloriose ꝙpere. et ne stes in loco
magnorū. melius ē enim ut dicat
tibi ascende huc. q̄ ut humilient te coram
principe quē uiderūt oculi tui. ne ꝙpias cito ut
ea cōmode ꝙ possis emendare. postea ne forte
cum afficiat te proximus tuus. Causam tuam ꝙtende cū amico tuo. t secre
tū alterius ne reuelaueris. ne forte insultet
tibi. t auferre nō ꝙ possit. ne sit tibi ꝓbrosum
et ꝓpetuus te ꝓsequatur. Gratia et misericordia
custodiant regē. et roborabit ꝙ
clementiā thronus eius. Qui diligit cordis
munditiam. ꝓpter gratiam labiorum suorum habebit regem
amicum. Sicut frigus niuis in die messis. ita
legatus fidelis his qui misit eum. animam illius
refrigerat. Nubes et uentus et pluuie. q̄ non
datur. Vir gloriosus ꝓmissa nō ꝓsequens. Longa
nimitas ꝓpitiabitur principi. mollitq; durissimum.
Inuenisti mel. comede ꝙ sufficit tibi. ne forte sa
turatus eo uomas illud. Sit pedes tuus rarus
in domo proximi tui. ne odio habeat te. et
te. Iaculum et gladius et sagitta acutum. ita q
dicatur ꝓximo suo falsus testimoniū. Sic
uinum et ꝓcelle simultates suscitat. et
uir detractor ꝓximo suo. Dens lapsus q̄ fluctuat
in die angustie. et amictus pallij i die frigo
ris. Acetū in uulnere q̄ nitri. cantica cordi
bus. Sic ꝓtra uestimentū tinea. et ulcus ligno. i
nimicitia uiri nocet cordi. Si esurierit inimi

uuiē abi illi. Si fuerit. in ci agm bile
tuā. ē eggnb sup aiē ea. z in ꝺeo
nbi. Ventꝰ aquilo dissipauit pluuiā. z fuꝫ
ex ipsi⁹ lingua ꝛmbilicē. Velo est
sce in angulo tegmatis. qm ē mlt⁹ i
gulosa. z in domo amicꝰ. Aq̄ frigꝰ
anime sitiēti. z mitis bona ex aiā lōgi
q̄. Fons turbat⁹ pede. z uena corrupta.
ꝺo cedens coram impio. Sic q̄ mlt⁹ mi
ri. q̄ndo nō ē ea bonū. sic qui pclinat
or ē male fidelis. oppressor ea. glā. Sic
turbe pcipue. z abū. murmur ambitꝰ. ma
ur. q̄nō pꝛē. in lignis. ois. spūs sui.

XXVI

Sicut nix. sic. z pluuia
in messē. sic. munꝰ ē stulto. glia
ꝺ. Sicut ⁊ auis. z alia. mutabilis. z. nul
let quoꝫ. uanꝰ. ē. maledicti. frustra.
plagam. q̄ drē. q̄ stultū. ꝺ. Flagellū eq
z. ⁊ camo. ⁊ uirga. in dorso. imprude
tū. Ne respondeas. stulto. ne tu. simi⁹ ei
sibi. Respondeas. stulto. sm. stultiā. ⁊
sibi. ne. sibi. sapiēs
videatur. Laudo. pdicꝰ. z. q̄ nō tacet
tolerat. qui. murmurat. uerbū. p. uiciū. stul
tum. Spē. stulti. p. uicio. ⁊ ꝺ. z
uias. Sic. mactans. est. ꝛ. os. stulto. qui. ꝺo
la. Sic. q. mittit. lapidē. ⁊. acūmi. ad
ui. q. q. mittit. in. ꝑplexi. onem. ꝺ.
uoꝫ. ⁊ spina. in. manu. ebri
ui. Sic. parabola. in. ore. stulto. Lapis
um. terminat. ⁊. qui. ꝑmittit. stulto
sibi. q. nuntiū. Sic. q. mittit
ad. uoꝫ. pedes. ⁊. bibit. iniq̄tatem
sibi. Sic. q. mittit. uerbū. p. manum. stul
ti

ad uehemẽtiã mũ ꝛ ecclã ad ag̃ ꝑpũ. Sub
ſtrati ab lac aſpꝫ. ꝛ aduꝝ ſlo ꝛ inceſſa ꝛ
mũ mũ ꝛ ad uicẽtũ ꝺ alt mũ.

XXVIII

Qui ge impio nemine ꝓſequẽte. Iuſtꝰ ã
q̃ leo confidẽs ab ſi ũre ẽ cur. Hꝛ pe
ꝛe mlꝫ ꝓnapt eꝰ. ꝛ ꝑ hoc laſpm. ꝛ
hoc ſcabꝝ ã q̃ mmur. unꝛ ꝑmapiꝰ ſe
gloꝛ eor. ꝛ ꝛ pauꝑ calũpmãt pauꝑt ſi
mul ẽ ẽmb uehemẽcia. ã q̃ ꝓ ẽmes. ⁊
ꝛeliquiſ legẽ. laudab ꝛpul. q eẽ mũ
ſu cadm eꝰ mi ei. ꝛ mali ñ aggraũ u
ꝛnul. q ã ꝛegẽ omñ ã ad mitt omã. ꝛ
hoc. ẽ pauꝑ ambland ſ ſpũtate ſua ⁊
ꝛuct ſiuꝰ ruimbꝛ. ã u cuſtodiũ legẽ ſi
luo ſapiẽs ẽ. qui ã ꝓſe mellaꝛies q
ſiuꝰ ꝓẽm ſiui. q cũdas ꝛuuecaꝝ uda
ꝛꝰ. ⁊ ſeꝛoze ſtabſ. ꝛ pauꝑt q gꝛas eaꝝ.

Celmas aũt ſua ne auꝛiãt legẽ eoꝝ
eoꝝ cacabꝛi. Deꝛcaꝝ ioꝛꝛ. ꝛ iuſta mala
ꝛ ſtatu ſuo cõmuerꝛ ſimpliceꝰ ꝓſtabẽt
ſoꝛ eis. Lapiẽs ut cutuꝛ ſ uꝛ duel. pau
ꝛ ꝺ pudẽs ſcutabꝛi eũ. ꝛn cauſſe ignoꝛ
mlꝫ gſtã eſt. uequãdbꝛ ſpuſ tumẽ bꝛ q
mmui. Abſq dubꝛ ſcela ſua nõ ꝓuidet.
qui ã abſſo ſuũr. ꝛ reliquerũt ea. miſeꝛa
q ſcꝛeuꝛ. Do ſo qui ſp ẽ pauꝑ. q uõ dum
mag ẽ. cõtuer in mali. Leo uigiles nur
ſus eſtimãt. pmacꝰ impio ẽ ꝓlm pauꝑ.
ſuꝛ indigẽ ꝓuidẽa. mlꝫ opim pa
luꝑtiã. Ad ob duamnã. ſãa ſicut uic eo.
ſcem q calũpniamur raꝺ. tam gumẽ eꝰ ſi
uſq ad ſaciam ſuũr nemo ſpmit. Abla
ſimpli ſalua ẽtr. qm ꝓſſe mãdmẽ
ung. aadi ſemt. ẽ opmur ẽpm ſuã ſa
abl pmiby. Ci ſcꝛiptuꝛ eam repleb. ex
eſtatur. ur ſuꝛel mlũ lauabi. qm ab
ſolmar dmn ũ ẽtr inacꝰ. Cagnoſcat
i uob mo ſtmẽ nõ bũ ſuẽ. ulte ꝛp bue
ua pmiſ. ꝛeſtr uitatem. ur q ſolmaꝝ
mmi ꝛ alup iuuꝛ ꝛgnoſcaꝝ q ꝛgeſtat ẽ
uẽaꝝ ea. Cũ cmp hoem. gmm ꝓcl m
ũcẽt ad eum. m age ẽ ille qui ꝛ ling
blandmẽta ꝺap. Cm ſubuabꝛ aliquo
a ꝓe ſuo ꝛ amaut ꝛ cꝛẽ uꝛc ẽ ꝓcm pꝛ
ecꝛ ẽ ꝺiace. Celacaꝝ ꝛ ꝺaũt mgũ
a gcatt. qui uõ ſpuſ ꝛ uiuũ ſalualꝛ. Co
ho ꝛ auꝛe ſuo ſtulte ẽ. qui ã gmũ ſapiẽ
ſ ſte ſaluabꝛ. Aaurꝫ pauꝑi nõ mdige
b. qui ꝛeſpꝛo ꝺeſpatat. Sꝛonch pmuniã
ſtum ſumꝛmtt ipſi ablo ꝺeuꝛ hoc. ẽ a
ꝺ uicnẽ mlꝫ plicabꝛ ſuſti.

XXIX

Vnꝰ ã ꝛtpiẽs ꝺum ſtuſt gꝛmtt ꝛe
ꝛeatꝰ ſmemet ſtm. ꝛ ceꝛ ſalutaꝝ q
ſcabꝛ. Imlꝫ plicabꝛ uultꝰ ſcabꝛ. ulgꝰ.
ẽ mpꝫ ſuꝑbꝫ ꝓcipiaꝛ gem. ꝑ lo.
ꝛtꝛ q amaꝝ laſpm leuitaꝛ ꝓnẽ uul. q
ã mmt ſcoꝛui ꝑ ſtm. Deꝛ uultꝰ eꝛ
gtt ũl. aut auaꝝ ꝛcttuct eam. Ve q bla
ꝺiꝛ ſtcatꝰ ſmõlbꝰ lo ſ amuꝰ ſuꝰ. ꝛeſtr
ctpand gꝛeſſibꝰ eoꝝ. ſcctabꝛ uꝛ mtqũ
inolutꝰ lagẽ. ꝛ ꝛgtt lautab aũ gmtcb
Rouꝛ ꝛpꝛ. ãm pauꝑm. ꝛpꝰ ꝛgnoꝛa
ſcã. Hoc ſ pſtulcat ꝺiſſipatoꝛ cmuat.
ſapiẽs ſũ aũdit ſtmoẽm. ꝛuiꝛ ſapiẽ
ſ cum ſtulto ꝛcendꝛ. ſiue mſcatuꝰ ſ
ũ ndcat. ñ ſuet ꝛgem. ꝛꝛ ſanguinꝰ
odiunt ſmplicẽ. uſti ã q̃ũ ãa eoꝝ. Co
ui ſpm ſuũ ꝓſſꝛt ſtro. ſapiẽs ꝺiſſtat
ꝛ uſq ad ꝑ ſtm ſtro. ſapiẽs ꝺiſſtat
ꝛ uſq ad ꝑſtm

ne deneges in animam meam. Memento
quia ambulauerim coram te in veritate
et in corde perfecto. Et bonum coram
oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias
fletu magno. Factum est autem verbum
domini ad isaiam dicens. Vade et dic
ezechie. Hec dicit dominus deus dauid
patris tui. Audiui orationem tuam et
vidi lacrimas tuas. Ecce ego adiciam
super dies tuos quindecim annos. Sed
et de manu regis assyrii liberabo te et
urbem hanc. Et protegam eam propter
me et propter dauid seruum meum.
Dixit quoque isaias. Tollite massam
ficorum et imponite super vlcus eius
et sanabitur. Dixerat autem ezechias
ad isaiam. Quod erit signum quia sanabit
me dominus et ascendam die tertia
domum domini. Respondit isaias. Hoc
habebis signum a domino quod faciet
dominus sermonem quem locutus est.
Vtrum vadit umbra decem lineis an
revertatur retrorsum decem gradibus.
Et ait ezechias facile est vt crescat
umbra decem lineis sed non ita vt
retrocedat decem gradibus. Igitur
invocauit isaias dominum et reduxit
umbram per lineas gradus quos descen-
derat in horologio achaz decem retror-
sum. In illo tempore misit berodach
baladan filius baladan rex babilonis
epistolas et munera ad ezechiam. Et
audiuit quod infirmatus fuisset et con-
ualuisset. Et letatus est super eis et
ostendit eis domum aromatum et
argentum et aurum et pigmenta et
unguenta et omnem apothecam et
vniuersa que inuenta sunt in thesau-
ris eius. Non fuit quod non ostenderet
eis ezechias in domo sua et in omni
potestate sua. Venit autem isaias
propheta ad regem ezechiam et dixit
ad eum. Quid dixerunt viri isti et
unde venerunt ad te. Dixit ezechias
de terra procul venerunt ad me de
babilone. Qui rursum interrogauit.
Quid viderunt in domo tua. Respon-
dit ezechias omnia que sunt in domo
mea viderunt. Non est quod non
ostenderim eis in thesauris meis.
Dixit autem isaias ad ezechiam.
Audi sermonem domini exercituum.
Ecce dies venient et auferentur omnia
que sunt in domo tua et que thesau-
rizauerunt patres tui usque in hodi-
ernum diem in babilonem. Non
remanebit quicquam dicit dominus.
Sed de filiis tuis qui egredientur de
te quos genuisti tollent et erunt eu-
nuchi in palatio regis babilonis.
Dixit ergo ezechias ad isaiam. Bonus
sermo domini quem locutus es. Et
rursum. Certe pax et veritas erit in
diebus meis. Reliqua autem sermonum
ezechie et omnis fortitudo eius et
quomodo fecerit piscinam et aquam
duxerit in ciuitatem libri sunt regum
iuda. Dormiuit ezechias cum patribus
suis et sepelierunt eum in ascensu
filiorum dauid. Et honorauerunt eum
omnes iudei et habitatores hierusalem
in morte sua. Regnauit manasses filius
eius pro eo. Filius duodecim annorum
erat manasses cum regnare cepisset et
quinquaginta quinque annis regnauit
in hierusalem. Nomen matris eius
hepsiba. Fecit autem malum coram
domino iuxta abominationes gentium
quas subuertit dominus a facie filio-
rum israel. Et edificauit excelsa que
destruxerat ezechias pater eius. Et
erexit aras baal et fecit lucos sicut
fecerat achab rex israel. Et adorauit
omnem militiam celi et seruiuit ei.
Et edificauit altaria in domo domini
de qua dixerat dominus. In hierusalem
ponam nomen meum. Et edificauit
altaria omni militie celi in duobus
atriis domus domini. Et transduxit
filium suum per ignem. Et obseruabat
somnia et auguria et maleficia et
habuit pythones et aruspices. Insuper
et multa mala fecit coram domino ad
irritandum eum. Sculptile quoque
quod fecerat posuit in domo dei de
qua dixit dominus ad dauid et ad
salomonem filium eius. In domo hac
et in hierusalem quam elegi ex omni-
bus tribubus israel ponam nomen
meum in sempiternum. Et non addam
ultra commouere pedem israel de terra
quam dedi patribus eorum. Ita tamen
si custodierint facere omnia que man-
daui eis et vniuersam legem que pre-
cepit eis seruus meus moyses. Et non
audierunt. Seduxit autem eos manas-
ses vt facerent malum super gentes
quas disperdidit dominus a facie filio-
rum israel. Locutusque est dominus
per seruos suos prophetas dicens.
Quia fecit manasses rex iuda abomi-
nationes istas nequiter cuncta que fe-
cerunt amorrei qui ante eum fuerunt
et peccare fecit etiam iudam in idolis
suis. Propterea hec dicit dominus deus
israel. Ecce ego inducam mala super
hierusalem et super iudam. Vt quicun-
que audierit ei tinniant vtraque aures
eius. Et delebo de hierusalem sicut
delet quis tabulas et vertit et ad-
ducam reliquias hereditatis mee et
tradam eas in manu inimicorum
suorum. Et erunt in direptionem et
in rapinam cunctis hostibus eorum.
Eo quod fecerint malum coram me et
irritauerint me a die qua egressi sunt
patres eorum de egypto vsque in
presentem diem. Insuper et sanguinem
innocentem effudit manasses nimis
donec impleret hierusalem ab ore vsque
ad os. Absque peccatis suis quibus
peccare fecit iudam vt faceret malum
coram domino. Reliqua autem sermo-
num manasses et omnia que fecit et
peccatum quod peccauit scripta sunt
in libro sermonum dierum regum iuda.
Dormiuit manasses cum patribus suis
et sepultus est in horto domus sue in
horto oze. Regnauit amon filius eius
pro eo. Filius viginti duorum annorum
erat amon cum regnare cepisset et
duobus annis regnauit in hierusalem.
Nomen matris eius mesullemeth filia
aruz de iethsa. Fecit autem malum
coram domino sicut fecerat manasses
pater eius. Et ambulauit in omnibus
viis quibus ambulauerat pater eius et
seruiuit idolis quibus seruierat pater
eius et adorauit ea. Et dereliquit
dominum deum patrum suorum et non
ambulauit in via domini. Et conspira-
uerunt serui amon contra eum et in-
terfecerunt regem in domo sua. Per-
cussit autem populus terre omnes qui
conspirauerant contra regem amon.
Et constituit populus terre iosiam
filium eius regem pro eo. Filius octo
annorum erat iosias cum regnare
cepisset et triginta et vno annis regnauit
in hierusalem. Nomen matris eius
idida filia hadaia de boscath. Fecit
autem quod rectum erat coram domino
et ambulauit in omnibus viis dauid
patris sui. Non declinauit neque ad
dexteram neque ad sinistram. Anno
autem octauo decimo regni sui misit
rex iosias saphan filium asalie filii
messollam scribam domus domini
dicens. Ascende ad helchiam pontifi-
cem vt supputet pecuniam que illata
est in templum domini et quam con-
gregauerunt ostiarii a populo. Et
detur in manu eorum qui habent
curam domus domini et dent eam
operariis qui sunt in templo domini
vt instaurent ea que ex parte ruinam
minantur. Videlicet fabris et cemen-
tariis et cesoribus lapidum. Et vt
emant ligna et lapides ad instaurandam
domum domini. Verumtamen non
ponetur numerus pecunie que datur
in manibus eorum quia in fide tractant
eam. Dixit autem helchias pontifex
ad saphan scribam. Librum legis in-
uenimus in templo domini. Et tradi-
dit helchias liber saphan qui legit eum.
Et intulit saphan scriba ad regem
sermonem et nunciauit ei dicens.
Omnia que dederant serui tui con-
gregata sunt in templo domini et tra-
dita in manu operariorum et eorum
qui habent curam domus domini.
Nunciauit quoque saphan scriba regi
dicens. Librum dedit mihi helchias
sacerdos. Et legit eum saphan coram
rege. Cumque audisset rex verba legis
scidit vestimenta sua. Et precepit
helchie sacerdoti et ahicam filio saphan
et achobor filio michee et saphan scribe
et asie pueri regis dicens. Ite et
consulite dominum pro me et pro
populo et pro omni iuda super verbis
libri huius qui inuentus est. Magnus
enim furor domini qui effusus est in
nos eo quod patres nostri non audie-
rint verba libri huius vt faciant om-
nia que scripta sunt nobis. Abiit
ergo helchias et hi quos rex iusserat
ad holdam prophetissam uxorem sel-
lum filii thecuath filii aras custodis
vestium. Que habitabat in hierusalem
in mesa. Et locuti sunt ad eam hoc
ordine. Cumque dixisset eis hec dicit
dominus deus israel. Dicite viro qui
misit vos ad me. Hec dicit dominus.
Ecce ego inducam mala super locum
istum et super habitatores eius omnia
verba libri quem legit rex iuda. Eo
quod dereliquerint me et libauerint
diis alienis vt irritent me in cunctis
operibus manuum suarum. Et dissi-
pabitur furor meus contra locum istum
et non extinguetur. Ad regem autem
iuda qui misit vos ad consulendum
dominum hec dicetis ei. Hec dicit
dominus deus israel. Verba que audi-
sti. Pro eo quod mollitum est cor tuum
et humiliatus es coram domino audiens
quecumque locutus sum contra locum
istum et contra habitatores eius vt
fiant in solitudinem et in maledictum
et scidisti vestimenta tua et flesti co-
ram me. Et ego audiui dicit dominus.
Ecce congregabo te ad patres tuos et
colligeris ad sepulchrum tuum in pace
et non videbunt oculi tui omnia mala
que inducturus sum super locum istum
et super habitatores eius. Retulerunt
ergo regi responsum. Et misit rex et
congregauit ad se omnes maiores natu
de iuda et hierusalem. Ascenditque
rex templum domini et omnes viri iuda
et habitatores hierusalem cum eo sacer-
dotes et prophete et vniuersus populus
a paruo vsque ad magnum. Et legit
coram eis omnia verba libri federis
que inuentus est in templo domini.
Stetit autem rex super gradum et
percussit federe coram domino vt
ambularent post dominum et custo-
dirent mandata eius et testimonia et
cerimonias in toto corde et in tota
anima et facerent verba federis que
scripta erant in libro illo. Et omnis
populus stetit in federe. Precepitque
rex helchie pontifici et sacerdotibus
secundi ordinis et ianitoribus vt ejice-
rent de templo domini vniuersa vasa
que facta fuerant baal et lucho et
omni militie celi. Et combussit ea
extra hierusalem in campis cedron et
tulit fauillam eorum in bethel. Et
consumpsit sacerdotes idolorum quos
constituerant reges iuda vt sacrificarent
in excelsis per ciuitates iuda et in
circuitu hierusalem. Et eos qui adole-
bant incensum baal et soli et lune et
duodecim signis et omni militie celi.
Et eduxit lucum a domo domini extra
hierusalem ad torrentem cedron et
combussit eum et comminuit in pul-
verem et proiecit cinerem eius super
sepulchra filiorum populi. Et destruxit
domos effeminatorum que erant in
domo domini in quibus mulieres
texebant vestes lucho. Et congregauit
omnes sacerdotes de ciuitatibus iuda
et polluit excelsa vbi sacrificabant
sacerdotes a gabaa vsque bersabee et
destruxit excelsa portarum que erant
in introitu portae iosue principis ciui-
tatis que erant a sinistra portae ciui-
tatis. Verumtamen sacerdotes excelso-
rum non ascendebant ad altare domini
in hierusalem sed tantum comedebant
azima in medio fratrum suorum. Pol-
luit quoque topheth qui est in valle
filiorum ennom vt nullus consecraret
filium suum aut filiam suam igne
transire ad moloch. Et abstulit equos
quos dederant reges iuda solis in in-
troitu templi domini iuxta exedram
nathanmelech eunuchi qui erat in
paradiso et combussit currus solis igni.
Altaria quoque que erant in superiori
parte domus achaz que fecerant reges
iuda et altaria que fecerat manasses in
duobus atriis domus domini destruxit
rex et contrivit inde et proiecit pul-
verem eorum in torrentem cedron.
Polluit etiam excelsa que erant contra
hierusalem a dextris montis offensionis
quem edificauit salomon rex israel
astaroth idolo sidoniorum et chamos
idolo moab et melchom idolo filiorum
ammon. Et contrivit statuas et succi-
dit lucos et implevit loca eorum ossibus
hominum. Insuper et altare quod erat
in bethel et excelsum quod fecerat
ieroboam filius nabat qui peccare fecit
israel destruxit et altare illud et excelsa
combussit et in pulverem contrivit
lucumque succendit. Conversus autem
iosias vidit sepulchra que erant ibi in
monte et misit et tulit ossa de sepul-
chris et combussit super altare et
polluit illud secundum verbum domini
quod locutus est vir dei qui predixerat
verba hec. Dixitque. Quod est titulus
iste quem video. Et dixerunt ei viri
ciuitatis. Sepulchrum est viri dei qui
venit de iuda et predixit verba hec
que fecisti super altare bethel. Et ait
dimittite eum nullus ossa eius com-
moueat. Et conseruata sunt ossa illius
cum ossibus prophete qui venerat de
samaria. Omnia quoque fana excelso-
rum que erant in ciuitatibus samarie
quas fecerant reges israel ad irritandum
dominum abstulit iosias et fecit eis
secundum omnia opera que fecerat in
bethel. Et immolauit omnes sacerdotes
excelsorum qui erant ibi super altaria
et combussit ossa humana desuper.
Reversusque est hierusalem. Precepit
autem rex cunctis populis dicens.
Facite phase domino deo vestro sicut
scriptum est in libro federis huius.
Non enim celebratum est phase tale
a diebus iudicum qui iudicabant israel
et omnes dies regum israel et regum
iuda. Sed anno octauo decimo regis
iosie celebratum est phase hoc domino
in hierusalem. Insuper et pythones et
aruspices et idola et cuncta abomina-
tiones que videbantur in terra iuda et
in hierusalem abstulit iosias vt impleret
verba legis que scripta erant in libro
quem inuenit helchias sacerdos in
templo domini. Similis illi non fuit
ante eum rex qui reuersus est ad
dominum in toto corde suo et in tota
anima sua et in omni fortitudine sua
iuxta omnem legem moysi. Nec post
eum surrexit quisquam similis illi.
Verumtamen non auertit dominus a
furore irae sue magne qua iratus est
furor eius contra iudam propter omnes
iracundias quibus irritauerat eum
manasses. Et dixit dominus etiam
iudam proiciam de conspectu meo sicut
proieci israel et reprobabo ciuitatem
hierusalem quam elegi et domum de
qua dixi erit nomen meum ibi. Reliqua
autem sermonum iosie et omnia que
fecit nonne hec scripta sunt in libro
sermonum dierum regum iuda. In die-
bus eius ascendit pharao nechao rex
egypti contra regem assyriorum ad
flumen euphraten. Et abiit rex iosias
in occursum eius et interfectus est in
mageddo cum uidisset eum. Et portauerunt
eum mortuum seruis suis de mageddo
et intulerunt eum hierusalem et sepe-
lierunt eum in sepulchro patrum suorum.
Et populus terre tulit joachaz filium
iosie et unxerunt eum et constituerunt
eum regem pro patre suo in hierusalem.
Filius viginti trium annorum erat joa-
chaz cum regnare cepisset et tribus
mensibus regnauit in hierusalem. Nomen
matris eius amital filia hieremie de
lobna. Fecit autem malum coram
uoluerit et si uixerimus faciemus hoc aut illud. Nunc
autem gloriamini in superbiis uestris. Omnis gloriatio
huiusmodi mala est. Scienti igitur bonum facere et non
facienti peccatum est illi. Diuites nolite flere ululantes
in miseriis uestris que aduenient uobis. Diuitie uestre
putrefacte sunt. et uestimenta uestra a tinea comesta
sunt. Aurum uestrum et argentum eruginauit. et erugo
eorum in testimonium uobis erit. et manducabit carnes
uestras sicut ignis. Thesaurizastis uobis iram in nouissimis
diebus. Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones
uestras. que fraudata est a uobis clamat. et clamor eorum
in aures domini sabaoth introiuit. Epulati estis super
terram et luxuriose uixistis. nutriuistis corda uestra in
die occisionis. Addidistis iustum et occidistis. non resistit
uobis. Patientes igitur estote fratres usque ad aduentum
domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terre.
patiens in illo donec accipiat temporaneum et serotinum.
Patientes estote et uos. confirmate corda uestra. quoniam
aduentus domini appropinquauit. Nolite ingemiscere
fratres in alterutrum. ut non iudicemini. Ecce iudex
ante ostia assistit. Exemplum accipite fratres exitus
malorum laboris et patientie. prophetas qui locuti sunt
in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt.
sustinentiam iob audistis. et finem domini uidistis. quia
misericors est dominus et miserator. Ante omnia autem
fratres mei nolite iurare neque per celum neque per
terram neque aliud quodcumque iuramentum. Sit autem
sermo uester est est. non non. ut non sub iudicio decidatis.
Tristatur quis in uobis. oret. Equo animo quis est. psallat.
Infirmatur quis in uobis. inducat presbiteros ecclesie. et
orent super eum. unguentes eum oleo in nomine domini.
Et oratio fidei saluabit infirmum. et alleuiabit eum dominus.
Et si in peccatis sit. dimittentur ei. Confitemini alterutrum
peccata uestra. et orate pro inuicem ut saluemini. Multum
enim ualet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat
similis nobis passibilis. et oratione orauit ne pluat. et non
pluit super terram annos tres et menses sex. Et rursum
orauit. et celum dedit pluuiam. et terra germinauit fructum
suum. Fratres mei si quis in uobis erraverit a ueritate.
et conuertit quis eum. Scire debet quoniam qui conuertit
peccatorem ab errore uie sue saluabit animam eius a
morte. et operit multitudinem peccatorum. Petri epistola
prima. Petrus apostolus ihesu christi. electis aduenis
dispersionis ponti. galatie. cappadocie. asie. et bithinie.
secundum prescientiam dei patris. in sanctificationem
spiritus. in obedientiam et aspersionem sanguinis ihesu
christi. Gratia uobis et pax adimpleatur. Benedictus
deus et pater domini nostri ihesu christi. qui secundum
misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem
uiuam. per resurrectionem ihesu christi ex mortuis. in
hereditatem incorruptibilem. et incontaminatam. et
immarcescibilem conseruatam in celis in uobis. qui in
uirtute dei custodimini per fidem in saluationem paratam
reuelari in tempore nouissimo. In quo exultabitis modi-
cum nunc si oportet contristati fueritis in uariis tempta-
tionibus. ut probatio uestre fidei multo preciosior auro
quod per ignem probatur. inueniatur in laudem et gloriam
et honorem in reuelatione ihesu christi. quem cum non
uidissetis diligitis. in quem nunc non uidentes credentes
autem exultabitis letitia inenarrabili et glorificata. reci-
pientes finem fidei uestre saluationem animarum. de qua
saluatione exquisierunt et scrutati sunt prophete qui de
futura in uobis gratia prophetauerunt. scrutantes in quod
uel quale tempus significaret in eis spiritus christi. qui
testificabatur ante passiones eius que in christo sunt. et
glorias post hec. quibus reuelatum est quia non sibi ipsis
uobis autem ministrabant ea que nunc nuntiata sunt
uobis per eos qui euangelizauerunt uobis spiritu sancto
misso de celo in quem desiderant angeli prospicere. Pro-
pter quod succincti lumbos mentis uestre sobrii perfecte
sperate in eam que offertur uobis gratiam in reuelatione
ihesu christi. Quasi filii obedientie. non configurati pris-
tinis uestre ignorantie desideriis. sed secundum eum qui
uocauit uos sanctum et ipsi sancti in omni conuersatione
sit. quia scriptum est. sancti estote quoniam ego sanctus
sum. Et si patrem inuocatis eum qui sine acceptione
personarum iudicat secundum uniuscuiusque opus. in
timore huius peregrinationis uestre tempus conuersamini.
scientes quod non corruptibilibus auro uel argento redempti
estis de uana uestra conuersatione paterne traditionis.
sed pretioso sanguine quasi agni immaculati et incontami-
nati christi. Qui quidem ante mundi constitutionem
cognitus est. manifestatus autem in nouissimis temporibus
propter uos. qui per eum fideles estis in deum qui suscitauit
eum a mortuis et claritatem dedit ei. ut fides uestra et
spes esset in deo. Castificantes animas uestras in obedien-
tia caritatis in fraternitate. sine ficto diligite inuicem de
corde puro. Renati non ex semine corruptibili sed incor-
ruptibili per uerbum dei uiui et permanentis in eternum.
Propter quod omnis caro sicut fenum et omnis gloria eius
tamquam flos feni. exaruit fenum et flos eius decidit.
Uerbum autem domini manet in eternum. Hoc est autem
uerbum quod euangelizatum est in uobis. Deposita igitur
omni malitia et omni dolo et simulationibus et inuidiis
et omnibus detractionibus. sicut modo geniti infantes
rationabile sine dolo lac concupiscite. ut in eo crescatis
in saluationem. Si tamen gustastis quoniam dulcis est
dominus. Ad quem accedentes lapidem uiuum. ab homi-
nibus quidem reprobatum. apud deum autem electum
et honorificatum. et ipsi tamquam lapides uiui superedi-
ficamini domus spiritualis. sacerdotium sanctum. offerre
spirituales hostias acceptabiles deo per ihesum christum.
Propter quod continetur in scriptura. ecce pono in sion
lapidem angularem electum pretiosum. et qui credit in
eum non confundetur. Uobis igitur honor credentibus.
incredulis autem lapis quem reprobauerunt edificantes
hic factus est in caput anguli. et lapis offensionis et petra
scandali. qui offendunt uerbo nescientes in quo et positi
sunt. Uos autem genus electum regale sacerdotium gens
sancta populus acquisitionis. ut uirtutes annuntietis eius
qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum.
Qui aliquando non populus nunc autem populus dei.
qui non consequebamini misericordiam nunc autem mise-
ricordiam consecuti. Carissimi obsecro uos tamquam
aduenas et peregrinos abstinere uos a carnalibus desi-
deriis que militant aduersus animam. Conuersationem
uestram inter gentes habentes bonam. ut in eo quod
detrahunt uobis tamquam malefactoribus ex bonis operi-
bus uestris conspicientes glorificent deum in die uisitationis.
Subditi estote omni humane creature propter deum. sive
regi quasi precellenti. sive ducibus tamquam ab eo missis
ad uindictam malefactorum laudem autem bonorum.
Quia sic est uoluntas dei. ut benefacientes obmutescere
faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi
et non quasi uelamen habentes malitie libertatem. sed
sicut serui dei. Omnem honorem exhibete. fraternitatem
diligite. deum timete. regem honorificate. Serui subditi
estote in omni timore dominis non tantum bonis et modestis
sed etiam discolis. Hec enim gratia si propter conscientiam
aliquis sustinet molestias patiens iniuste. Quod enim
gloria est si delinquentes et colaphizati sustinebitis. sed
si bene agentes patienter sustinetis hoc gratia apud deum.
In hoc enim uocati estis. quia et christus passus est pro
nobis. uobis relinquens exemplum ut sequamini uestigia
eius. Qui peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in
ore eius. qui cum malediceretur non maledicebat. cum
pateretur non comminabatur. tradebat autem iudicanti
se iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore
suo super lignum. ut peccatis mortui iustitie uiuamus.
cuius liuore sanati estis. Erratis enim quasi oues. sed
conuersi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum
uestrarum. Mulieres similiter subditi sint uiris suis. ut
et si qui non credunt uerbo per uestram conuersationem
sine uerbo lucrifiant. Considerantes castam uestram
conuersationem cum timore. Cuius sit non extrinsecus
capillatura aut circumdatio auri aut indumenti cultus.
sed qui in occulto est hominis homo. in incorruptibilitate
quieti et mansueti spiritus. qui est ante deum diues.
Sic enim aliquando et sancte mulieres sperantes in deo
ornabant se. subdite uiris suis. sicut sara obediebat abra-
he dominum eum uocans. cuius facte estis filie benefacientes
et non timentes ullam perturbationem. Uiri similiter
habitantes cum illis secundum scientiam. quasi infirmiori
uasculo muliebri impertientes honorem. tamquam et
coheredibus gratie uite. ut non impediantur orationes
uestre. Finem autem omnium adpropiauit. Estote prudentes
et sobrii in orationibus. Ante omnia mutuam in uobis
ipsis caritatem continuam habentes. quia caritas operit
multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine
murmuratione. unusquisque sicut accepit gratiam in
alterutrum illam administrantes. sicut boni dispensatores
multiformis gratie dei. Si quis loquitur quasi sermones
dei. si quis ministrat tamquam ex uirtute quam administrat
deus. ut in omnibus honorificetur deus per ihesum
christum. cui est gloria et imperium in secula seculorum.
Amen. Carissimi nolite peregrinari in fidei uestre
feruore. qui fit in uobis temptationem. quasi nouum
uobis accidat. sed communicantes christi passionibus
gaudete. ut et in reuelatione gloria eius gaudeatis exul-
tantes. Si exprobramini in nomine christi beati. quoniam
gloria et uirtus dei et eius spiritus requiescit. Nemo
autem uestrum patiatur quasi homicida aut fur aut male-
dicus aut alienorum appetitor. Si autem quasi christianus
non erubescat. glorificet autem deum in isto nomine.
Quia tempus est ut incipiat iudicium a domo dei. Si
autem primum a nobis quis finis eorum qui non credunt
euangelio dei. Et si iustus uix saluabitur. impius et
peccator ubi parebunt. Itaque et hi qui patiuntur secun-
dum uoluntatem dei. fideli creatori commendent animas
suas in bonis operibus. Seniores ergo qui in uobis sunt
obsecro consenior et testis christi passionum. qui et eius
qui in futuram reuelanda est gloriam communicator.
Pascite qui in uobis est gregem dei. prouidentes non
coacte sed spontanee secundum deum. neque turpis lucri
gratia sed uoluntarie. neque ut dominantes cleri sed
forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps
pastorum. percipietis immarcescibilem gloria coronam.
Similiter adulescentes subditi estote senioribus. Uniuersi
autem inuicem humilitatem insinuate. quia deus superbis
resistit. humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur
sub potenti manu dei. ut uos exaltet in tempore. omnem
solicitudinem uestram proicientes in eum. quoniam ipsi
cura est de uobis. Sobrii estote et uigilate. quia aduersarius
uester diabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem
deuoret. cui resistite fortes in fide. scientes eandem passio-
nem fratrum uestrorum que in mundo est fieri. Deus
autem omnis gratie qui uocauit nos in eternam suam
gloriam in christo ihesu. modicum passos ipse perficiet
confirmabit solidabit. Ipsi gloria et imperium in secula
seculorum. Amen. Per siluanum fidelem fratrem uestrum
sicut arbitror breuiter scripsi. obsecrans et contestans
hanc esse ueram gratiam dei in qua statis. Salutat uos
ecclesia que est babilone coelecta et marcus filius meus.
Salutate inuicem in osculo sancto. Pax uobis omnibus
qui estis in christo ihesu. Amen. Petri epistola secunda.
Simon petrus seruus et apostolus ihesu christi. his qui
coequalem nobis sortiti sunt fidem in iustitia dei nostri
et saluatoris ihesu christi. Gratia uobis et pax adimple-
atur in agnitione dei et christi ihesu domini nostri.
Quemadmodum omnia nobis diuine uirtutis sue que ad
uitam et pietatem donauit per agnitionem eius qui uocauit
nos propria gloria et uirtute. per quem maxima nobis et
preciosa promissa donauit. ut per hec efficiamini diuine
consortes nature. fugientes eius que in mundo est in
concupiscentia corruptionis. Et ipsi hoc ipsum studium
adhibentes subministrate in fide uestra uirtutem. in
uirtute autem scientiam. in scientia autem abstinentiam.
in abstinentia autem patientiam. in patientia autem pie-
tatem. in pietate autem amicitiam fraternitatis. in ami-
citia fraternitatis caritatem. Hec enim si uobis adsint
et superabundent non uos inanes neque sine fructu
constituent in agnitione domini nostri ihesu christi.
Quibus autem non adest cecus est. et manu tenens. obli-
uionem accepit purgationis ueterum suorum delictorum.
Quapropter fratres magis satagite ut per bona opera
certam uestram uocationem et electionem faciatis. Hec
enim facientes non offendetis aliquando. Sic enim abun-
danter subministrabitur uobis introitus in eternum regnum
domini nostri et saluatoris ihesu christi. Propter quod
incipiam uos semper commonere de his. quamuis sciatis
et confirmati sitis in presenti ueritate. Iustum autem
arbitror quamdiu sum in hoc tabernaculo suscitare uos
in commonitione. scientes quia uelox est depositio tabernaculi
mei sicut et dominus noster ihesus christus significauit
mihi. Dabo autem operam frequenter habere uos post
meum excessum memoria mihi. Non enim doctas fabulas
secuti notam uobis fecimus domini nostri ihesu christi
uirtutem et presentiam. sed speculatores facti illius
magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorem et
claritatem uoce delapsa huiusmodi a magnifica gloria.
Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui ipsum
audite. Et hanc uocem nos audiuimus de celo allatam
cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus
firmiorem propheticum sermonem. cui bene facitis attendentes
quasi lucernae lucenti in caliginoso loco. donec dies
inluxerit et lucifer oriatur in cordibus uestris. hoc primum
intellegentes quod omnis prophetia scripture propria
interpretatione non fit. Non enim uoluntate humana
allata est aliquando prophetia. sed spiritu sancto inspirati
locuti sunt sancti dei homines. Fuerunt autem et pseudo-
prophete in populo. sicut et in uobis erunt magistri
mendaces qui introducent sectas perditionis. et eum qui
emit eos dominum negantes. superducentes sibi celeritatem
perditionis. et multi sequentur eorum luxurias. per quos
uia ueritatis blasphemabitur. et in auaritia fictis uerbis
de uobis negotiabuntur. quibus iudicium olim non cessat
et perditiones eorum non dormitant. Si enim deus angelis
peccantibus non pepercit. sed rudentibus inferni detractos
in tartarum tradidit cruciandos. Et antiquo mundo non
pepercit. sed octauum noe iustitie predicatorem custodiuit
diluuium mundo impiorum inducens. Et ciuitates sodomo-
rum et gomorrorum cinere subuertit. damnationi dedu-
xit. exemplum eorum qui impie uicturi sunt. Et iustum
loth oppressum a nefandorum iniuria. aduersus enim
quod uidebat et audiebat iustus erat habitans apud eos
qui die ac nocte iustam animam iniquis operibus cruciabat.
Nouit dominus pios de temptatione eripere. iniustos autem
reseruare in diem iudicii cruciandos. Magis autem eos
qui carnem quidem sectantur in concupiscentia immundi-
tie. dominatum autem spernunt. audaces sibi placentes
sectas introducentes. non horrescunt maiestatem blas-
phemantes. Ubi angeli fortitudine et potentia maiores
existentes non ferunt aduersus se apud dominum blas-
phemie iudicium. Isti autem tamquam irrationabilia
animalia naturalia in captionem et corruptionem in his
quibus ignorant blasphemantes in corruptione sua peri-
bunt. Recipientes mercedem iniquitatis. uoluptatem
existimantes quotidianam deliciam. Spurcitie et maculae
deliciantes in conuiuiis suis. Oculos habentes plenos
adulterii et incessabilis delicti. Inlectantes animas
infirmas. cor exercitatum auaritie habentes. maledicti
filii. Relinquentes rectam uiam erraverunt. secuti uiam
balaam bosor qui mercedem iniquitatis dilexit. Habuit
autem correptionem suam. Mutum enim iumentum
humana uoce loquens prohibuit prophetie insipientiam.
Hi sunt fontes sine aqua. et nebule turbine acte. quibus
procella caliginis seruata est. Superba enim uanitatis
loquentes. illicibus desideriis carnis luxuriose eos qui
paululum fugiunt conuersantes. libertatem illis promit-
tentes. cum ipsi seruitutis sint uictimae. A quo enim
quis superatus est huic et seruus addictus est. Si enim
fugientes contagia mundi in agnitione domini et saluatoris
ihesu christi. his rursus implicati superantur. facta sunt
eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis
non cognoscere uiam iustitie. quam post agnitionem retro-
sum conuerti a data illis sancta mandato. Contigit enim
eis illud ueri prouerbii. canis reuersus ad suum uomitum.
et sus lota in uolutabro luti. Hanc uobis fratres mei
secundam scribo epistolam. in quibus et in altera com-
mouens in uobis sinceram mentem. ut memores sitis eorum
que dicta sunt a sanctis prophetis. et mandati domini et
saluatoris per apostolos uestros. hoc primum scientes
quod nouissimis diebus uenient in deceptione illudentes
secundum proprias concupiscentias ambulantes. et dicentes
ubi est repromissio aduentus eius. ex quo enim patres
dormierunt. omnia sic perseuerant ab initio creature.
Latet enim eos hoc uolentes quod celi erant prius. et
terra de aqua et per aquam consistens. uerbo dei. per
quae tunc mundus aqua inundatus perijt. Nunc autem
celi et terra qui sunt eodem uerbo repositi sunt. igni
reseruati in diem iudicii et perditionis impiorum homi-
num. Unum autem hoc non lateat uos carissimi quia
unus dies apud dominum tamquam mille anni. et mille
anni tamquam dies unus. Non tardat dominus promissi
sui. sicut quidam tarditatem existimant. sed patienter
agit propter nos nolens aliquos perire. sed omnes ad
penitentiam reuerti. Ueniet autem dies domini ut fur.
in qua celi magno impetu transient. elementa uero ca-
lore solentur. terra autem et que in ipsa sunt opera
exurentur. Cum ergo hec omnia dissoluenda sint. quales
oportet uos esse in sanctis conuersationibus et pietatibus.
exspectantes et properantes in aduentum diei dei. per
quem celi ardentes soluentur. et elementa ignis ardore
tabescent. Nouos autem celos et terram nouam secundum
promissa eius exspectamus in quibus iustitia habitat.
Quapropter carissimi hec exspectantes satagite immaculati
et inuiolati ei inueniri in pace. et longanimitatem domini
nostri saluationem arbitramini. sicut et carissimus frater
noster paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit
uobis. sicut et in omnibus epistolis loquens in eis de
hoc. in quibus sunt quedam difficilia intellectu. quae
indocti et instabiles deprauant sicut et ceteras scripturas
ad suam ipsorum perditionem. Uos igitur carissimi
scientes custodite ne eorum inretiti errore excidatis a
propria firmitate. Crescite autem in gratia et in cognitione
domini nostri et saluatoris ihesu christi. Ipsi gloria et
nunc et in diem eternitatis. Amen. Quod fuit ab initio
quod audiuimus. quod uidimus oculis nostris. quod per-
speximus et manus nostre contrectauerunt de uerbo uite.
et uita manifestata est. et uidimus et testamur et annun-
tiamus uobis uitam eternam que erat apud patrem et
apparuit nobis. quod uidimus et audiuimus annuntiamus
uobis. ut et uos societatem habeatis nobiscum. et societas
nostra sit cum patre et cum filio eius ihesu christo. Et
hec scribimus uobis ut gaudium nostrum sit plenum.
Et hec est annuntiatio quam audiuimus ab eo et annun-
tiamus uobis. quoniam deus lux est. et tenebre in eo non
sunt ullae. Si dixerimus quoniam societatem habemus
cum eo et in tenebris ambulamus. mentimur et ueritatem
non facimus. Si autem in luce ambulamus sicut et ipse
est in luce societatem habemus ad inuicem. et sanguis
ihesu christi filii eius emundat nos ab omni peccato.
Si dixerimus quoniam peccatum non habemus. nos nos
seducimus et ueritas in nobis non est. Si confitemur
peccata nostra fidelis est et iustus ut remittat nobis
peccata nostra et emundet nos ab omni iniquitate. Si
dixerimus quoniam non peccauimus mendacem facimus
eum et sermo eius non est in nobis. Filioli mei haec
scribo uobis ut non peccetis. Et si quis peccauerit
aduocatum habemus apud patrem ihesum christum iustum.
et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. non pro nostris
autem tantum sed etiam pro totius mundi. Et in hoc
scimus quoniam cognouimus eum si mandata eius custo-
diamus. Qui dicit se nosse eum et mandata eius non
custodit mendax est et in hoc ueritas non est. Qui autem
custodit uerbum eius uere in hoc caritas dei perfecta est.
In hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in
ipso manere debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare.
Carissimi non mandatum nouum scribo uobis sed mandatum
uetus quod habuistis ab initio. mandatum uetus est
sermo quem audistis. Iterum mandatum nouum scribo
uobis quod uerum est in eo et in uobis. quia tenebre
transierunt et uerum lumen iam lucet. Qui dicit se in
lumine esse et fratrem suum odit in tenebris est usque
adhuc. Qui diligit fratrem suum in lumine manet et
scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum
in tenebris est et in tenebris ambulat et nescit quo
eat quoniam tenebre obcecauerunt oculos eius. Scribo
uobis filioli quoniam remittuntur uobis peccata propter
nomen eius. Scribo uobis patres quoniam cognouistis
eum qui ab initio est. Scribo uobis iuuenes quoniam
uicistis malignum. Scribo uobis pueri quoniam cognouistis
patrem. Scripsi uobis patres quoniam cognouistis eum
qui ab initio est. Scripsi uobis iuuenes quoniam fortes
estis et uerbum dei manet in uobis et uicistis malignum.
Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt.
Si quis diligit mundum non est caritas patris in eo.
Quoniam omne quod in mundo est concupiscentia carnis
et concupiscentia oculorum et superbia uite. que non est
ex patre sed ex mundo est. Et mundus transit et concu-
piscentia eius. Qui autem facit uoluntatem dei manet
in eternum sicut et deus manet in eternum. Filioli nouis-
sima hora est. et sicut audistis quia antichristus uenit
nunc antichristi multi facti sunt. unde scimus quia nouis-
sima hora est. Ex nobis prodierunt sed non erant ex
nobis. nam si fuissent ex nobis permansissent utique
nobiscum. sed ut manifesti fierent quia non sunt omnes
ex nobis. Et uos unctionem habetis a sancto et nostis
omnia. Non scripsi uobis quasi ignorantibus ueritatem
uestram. sed quasi scientibus eam. et quia omne mendacium
ex ueritate non est. Quis est mendax nisi qui negat quoniam
ihesus non est christus. Hic est antichristus qui negat
patrem et filium. Omnis qui negat filium nec patrem
habet. qui confitetur filium et patrem habet. Et nunc
filioli manete in eo. ut cum apparuerit habeamus fiduciam
et non confundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis quia
iustus est scitote quia omnis qui facit iustitiam ex eo
natus est. Uidete qualem caritatem dedit nobis pater ut
filii dei nominemur et simus. Propterea mundus non
nouit nos quia non nouit eum. Carissimi nunc filii dei
sumus et nondum apparuit quid erimus. Scimus quia
cum apparuerit similes ei erimus quoniam uidebimus
eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo
sanctificat se sicut et ille sanctus est. Omnis qui facit
peccatum et iniquitatem facit et peccatum est iniquitas.
Et scitis quia ille apparuit ut peccata nostra tolleret et
peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet non
peccat. Omnis qui peccat non uidit eum nec cognouit
eum. Filioli nemo seducat uos. qui facit iustitiam iustus
est sicut ille iustus est. Qui facit peccatum ex diabolo
est quia ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius
dei ut dissoluat opera diaboli. Omnis qui natus est ex
deo peccatum non facit quoniam semen ipsius in eo manet
et non potest peccare quoniam ex deo natus est. In hoc
manifesti sunt filii dei et filii diaboli. Omnis qui non
facit iustitiam non est ex deo et qui non diligit fratrem
suum. Quoniam hec est annuntiatio quam audistis ab
initio ut diligamus alterutrum. non sicut cain ex maligno
erat et occidit fratrem suum. Et propter quid occidit
eum quia opera eius mala erant fratris autem eius iusta.
Nolite mirari fratres si odit uos mundus. Nos scimus
quoniam translati sumus de morte ad uitam quoniam
diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte. Omnis
qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quoniam
omnis homicida non habet uitam eternam in se manentem.
In hoc cognouimus caritatem dei quoniam ille animam
suam pro nobis posuit et nos debemus pro fratribus
animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi
et uiderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit
uiscera sua ab eo quomodo caritas dei manet in eo.
Filioli non diligamus uerbo neque lingua sed opere et
ueritate. In hoc cognoscemus quoniam ex ueritate sumus
et in conspectu eius suadebimus cor nostrum. quoniam
si reprehenderit nos cor nostrum quoniam maior est deus
corde nostro et nouit omnia. Carissimi si cor nostrum
non reprehendit nos fiduciam habemus ad deum et quod-
cumque petierimus accipiemus ab eo quoniam mandata
eius custodimus et ea que placita sunt coram eo facimus.
Et hoc est mandatum eius ut credamus nomini filii eius
ihesu christi et diligamus alterutrum sicut dedit mandatum
nobis. Et qui custodit mandata eius in deo manet et
deus in eo. Et in hoc scimus quoniam manet in nobis de
spiritu eius quem dedit nobis. Carissimi nolite omni
spiritui credere sed probate spiritus si ex deo sint quoniam
multi pseudoprophete exierunt in mundum. In hoc
cognoscitur spiritus dei. omnis spiritus qui confitetur
ihesum christum in carne uenisse ex deo est. Et omnis
spiritus qui soluit ihesum ex deo non est. Et hic est
antichristus de quo audistis quoniam uenit et nunc in
mundo est iam. Uos filioli ex deo estis et uicistis eos
quoniam maior est qui in uobis est quam qui in mundo
est. Ipsi de mundo sunt ideo de mundo loquuntur et
mundus eos audit. Nos ex deo sumus. Qui nouit deum
audit nos. qui non est ex deo non audit nos. In hoc
cognoscimus spiritum ueritatis et spiritum erroris. Carissimi
diligamus inuicem quoniam caritas ex deo est. Et omnis
qui diligit ex deo natus est et cognoscit deum. Qui non
diligit non cognouit deum quoniam deus caritas est.
In hoc apparuit caritas dei in nobis quoniam filium suum
unigenitum misit deus in mundum ut uiuamus per eum.
In hoc est caritas non quasi nos dilexerimus deum sed
quoniam ipse prior dilexit nos et misit filium suum
propitiationem pro peccatis nostris. Carissimi si sic deus
dilexit nos et nos debemus alterutrum diligere. Deum
nemo uidit unquam. Si diligamus inuicem deus in nobis
manet et caritas eius in nobis perfecta est. In hoc
cognoscimus quoniam in eo manemus et ipse in nobis
quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos uidimus et
testificamur quoniam pater misit filium saluatorem mundi.
Quicumque confessus fuerit quoniam ihesus est filius dei
deus in eo manet et ipse in deo. Et nos cognouimus et
credidimus caritati quam habet deus in nobis. Deus
caritas est et qui manet in caritate in deo manet et deus
in eo manet. In hoc perfecta est caritas dei nobiscum ut
fiduciam habeamus in die iudicii quia sicut ille est et nos
sumus in hoc mundo. Timor non est in caritate sed
perfecta caritas foras mittit timorem quoniam timor
penam habet. Qui autem timet non est perfectus in
caritate. Nos ergo diligamus deum quoniam deus prior
dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo deum et
fratrem suum odit mendax est. Qui enim non diligit
fratrem suum quem uidet deum quem non uidet quomodo
potest diligere. Et hoc mandatum habemus a deo ut qui
diligit deum diligat et fratrem suum. Omnis qui credit
quoniam ihesus est christus ex deo natus est. Et omnis
qui diligit eum qui genuit diligit et eum qui natus est
ex ipso. In hoc cognoscimus quoniam diligimus filios dei
cum deum diligamus et mandata eius faciamus. Haec
est enim caritas dei ut mandata eius custodiamus et
mandata eius grauia non sunt. Quoniam omne quod natum
est ex deo uincit mundum. Et haec est uictoria quae
uincit mundum fides nostra. Quis est qui uincit mundum
nisi qui credit quoniam ihesus est filius dei. Hic est qui
uenit per aquam et sanguinem ihesus christus. non in
aqua solum sed in aqua et sanguine. Et spiritus est qui
testificatur quoniam christus est spiritus et aqua et
sanguis. Et tres unum sunt. Si testimonium hominum
accipimus testimonium dei maius est. Quoniam hoc est
testimonium dei quod maius est quoniam testificatus est
de filio suo. Qui credit in filium dei habet testimonium
dei in se. Qui non credit deo mendacem fecit eum quia
non credidit in testimonio quod testificatus est deus de
filio suo. Et hoc est testimonium quoniam uitam eternam
dedit nobis deus. Et haec uita in filio eius est. Qui habet
filium habet uitam. qui non habet filium dei uitam non
habet. Haec scripsi uobis ut sciatis quoniam uitam habetis
eternam qui credidistis in nomine filii dei. Et haec est
fiducia quam habemus ad eum quoniam quicquid petierimus
secundum uoluntatem eius audit nos. Et scimus quoniam
audit nos quicquid petimus. scimus quoniam habemus
petitiones quas postulauimus eum. Si quis uidet fratrem
suum peccare peccatum non ad mortem petet et dabitur
ei uita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem
non pro illo dico ut quis roget. Omnis iniquitas peccatum
est et est peccatum non ad mortem. Scimus quoniam
omnis qui natus est ex deo non peccat sed generatio dei
conseruat eum et malignus non tangit eum. Scimus quoniam
ex deo sumus et mundus totus in maligno positus est.
Scimus autem quoniam filius dei uenit et dedit nobis
sensum ut cognoscamus uerum et simus in uero filio eius.
Hic est uerus deus et uita eterna. Filioli custodite uos
a simulacris. Amen. Iohannis epistola secunda. Senior
electe dominae et natis eius quos ego diligo in ueritate
et non ego solus sed et omnes qui cognouerunt ueritatem
propter ueritatem quae manet in nobis et uobiscum erit
in aeternum. Sit uobiscum gratia misericordia pax a deo
patre et a domino ihesu christo filio patris in ueritate et
caritate. Gaudeo quia inuenti sunt de filiis tuis ambulantes
in ueritate sicut mandatum accepimus a patre. Et nunc
rogo te domina non quasi mandatum scribens tibi nouum
sed quod habuimus ab initio ut diligamus alterutrum.
Et hoc est caritas ut ambulemus secundum mandata eius.
Hoc est enim mandatum quod audistis ab initio ut in
illo ambuletis. Quoniam seductores multi exierunt in
mundum qui non confitentur ihesum christum uenisse in
carne. Hic est seductor et antichristus. Uidete uosmetipsos
ut non perdatis quae operati estis sed mercedem plenam
accipiatis. Omnis qui recedit et non manet in doctrina
christi deum non habet. Qui manet in doctrina hic et
patrem et filium habet. Si quis uenit ad uos et hanc
doctrinam non affert nolite recipere eum in domum nec
aue dixeritis illi. Qui enim dicit illi aue communicat
operibus eius malignis. Multa habens scribere uobis
nolui per cartam et atramentum. Spero autem me fore
apud uos et os ad os loqui ut gaudium nostrum plenum
sit. Salutant te filii sororis tue electae. Amen. Iohannis
epistola tertia. Senior gaio dilecto quem ego diligo in
ueritate. Dilecte de omnibus rebus facio te prosperum
fieri et sanum sicut prosperatur anima tua. Gaudeo
enim ualde cum uenissent fratres et testificarentur de
ueritate tua sicut et tu in ueritate ambulas. Maiorem
horum non habeo gratiam ut audiam filios meos in
ueritate ambulare. Dilecte fidele facis quicquid operaris
in fratres et hoc in peregrinos. Qui testificati sunt
caritatem tuam coram ecclesia. quos bene facies deduces
digne deo. Pro nomine enim eius exierunt nihil accipientes
a gentibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi ut
cooperatores simus ueritatis. Scripsi forsitan ecclesie.
sed qui amat primatum gerere inter eos diotrefes non
recipit nos. Propter hoc si uenero commonebo eius opera
quae facit uerbis malignis laudans nos. Et non contentus
est in his fratres nec eos qui uolunt prohibet et eicit de
ecclesia. Dilecte noli imitari malum sed quod bonum est.
Qui bene facit ex deo est. qui male facit non uidit deum.
Demetrio testimonium perhibent omnes et ipsa ueritas.
Sed et nos testimonium perhibemus et scis

memoriam regno tu celestie. C uno anno
primo regni ne deana uisio ramchi eo
ceor. Suppunctis annis aut ppmis
ter uisionis que p ysaiam fuerat p
missa. eram cum p se gm p suos pfo
cameam p milliom ā eo populabat ysrl
en. Cm p gabrielē angelm i eadem uisi
one mirā ptecel cuidē munda cē opl
m. de celi. Tam monente supdco re
ge mecoz. r succedēte i regno ei o rege
ysaiā p missiōe dei opleā. p cuius regē
ysrl m israel in ierlm reuocati ylbaū
bu sp palpom. r ysrl eldre q mar. C
qi applo nmel. r a semoubi rplū dei ed
ficam cepissi: mortuo eius rege ephu ac
regnante eius rege ysaiā. qui me mo
rat succedit. in cuius gr anima q regū
libē eldē refert. restituēde ppli. r annuale pcedi
recepit. C hac ergo ppi ī restitutōe supdi ppli
d no mr promissā. z cella cē celebāt. p qo
m sō anno regni memorati dauid regis
ysaiā. aggeus ppha ā dño missus ad ze
robabel qm d tribu iuda erat. qui pōt
atem regni suscepant cum. r ihm fi
lium iosedech sūmi sacdotis. ānoīs ut
creauit oplm nūc dnoz qē restituta
die ierlm ad uenisse. hoc. r ad dnm ne
iquo uti mare pt. ullā immutā. ordi
dir p eū. populo hui die. nōdū uenit
qē nr rebedificat domo dñi. C ma
dat que creat. hmo ppha gūcat
restitoem ppli. edificatiōem templi. regio
nacem auctoz. obtugāt sacdotē
le. r mdatu regnou exteroz ligantiaz.
Explicat plag. Incip aggeo ppha.

I anno sō dauid regis ysaiā. i mēse vi.
i die una mēsis. fuit sermo dñi
i manu aggei ppe ad zorobabel fili
u salaniel ducem iuda. r ad ihm filiū
iosedech sacdotem magnū dicens. h
c populus eius dicens. Nōdū uenit tp
pus domus dñi edificande. Et factum e uerbum dñi i manu aggei
ppe dicens. Numquid tp uob e uos habi
tare i domibus lagatis. r domus ista deserta?
Et nunc h dicit dns oīpotens. Ponite corda
uīa super uias uras. Seminastis multū
et intulistis parū. Comedistis. r nō estis sa
tiati. Potastis. r nō estis ebrietati. Op
tistis uos. r nō estis calefacti. Et qui mercedes congregauit. misit eas i sacculū pertusum.
Hec dicit dns oīpotens. Ponite corda uīa super uias uras.

Ascendite montem. portate ligna. et edificate domum.
et acceptabile mihi erit. r glorificabor. dixit
dns. Respexistis ad amplius. r ecce factum est
in modicum. r intulistis in domum. r exsufla
ui illud. Quam ob causam dicit dns oīpotens. Pro
mo mea. pro eo quod est ipsa desolata. uos autem
quisq; festinatis ad domum suam. Propterea super uos prohibiti sunt celi ne det ros. et terra prohibita
est ne det germen suum. Et uocaui siccitatem super terram. et super montes. et super tri
ticum. et super uinum. et super oleum. et quecum
que gignit terra. et super homines. et super iumenta. et super omnem labōrem manuum. Et audiuit zorobabel filius salathiel. et iesus filius iosedech sacerdos magnus. et omnes reliquie populi
uocem dei sui. et uerba aggei prophete. sicut misit eum dns deus eorum. ad eos. Et timuit populus a facie dñi. Et dixit aggeus nuncius domini de nuncio dñi populo dicēs.
Ego uobiscum dicit dns. Et suscitauit dns spiritum zorobabel filii salathiel ducis iuda. et
spiritum iesu filii iosedech sacerdotis magni. et spiritum reliquiarum omnis populi. et ingressi sunt et faciebant opus in domo dñi exercituum dei sui.

Et in die. xxiiii. mensis. in sexto
mense. in anno secundo regis darii. in sexto mense. mensis prima mensis. factum est uerbum dñi in manu aggei prophete dicēs. Loquere ad zorobabel filium salathiel ducem iuda. et ad iesum filium iosedech sacerdotem magnum. et ad reliquos populi dicens. Quis in uobis est derelictus. qui uidit domum istam in gloria sua prima? Et quomodo uos uidetis eam nunc? Numquid non sicut nichil est in oculis uestris? Et nunc confortare zorobabel dicit dns. confortare iesu fili iosedech sacerdos magne. confortare omnis populus terre dicit dns. et operamini. quia ego uobiscum sum dicit dns exercituum. Verbum quod pepigi uobiscum. cum egrederemini de terra egipti. et spiritus meus erit in medio uestri. nolite timere. Quia hec dicit dns exercituum. Adhuc unum modicum est. et ego commouebo celum. et terram. et mare. et aridam. et commouebo omnes gentes. et ueniet desiderium cunctis gentibus. et implebo domum istam gloria dicit dns exercituum. Meum est argentum. et meum est aurum dicit dns exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissime plusquam prime dicit dns exercituum. Et in loco isto dabo pacem dicit dns exercituum. In. xxiiii. mense. in die mensis. in anno secundo darii. factum est uerbum dñi ad aggeum prophetam dicēs. In die uero ista. Numquid sacculo tegit semen.

dorme

1924 Tm. III. 2.

Salamel

Et surgens

T.C.6

Ioph. 1.6

Si tulerit hō carnē sanctificatā i hora uestimēti sui. et tetigerit de sumitate eius panē aut pulmentū aut uinū. aut oleū. aut cetera cibū. numquid sanctificabit. Respondentes autē sacerdotes dixerūt. nō. Et dixit aggeus. Si tetigerit pollutus i aīa ex oībus hijs. numquid contaminabit. Respondentes sacerdotes dixerūt. Contaminabit. Et respondit aggeus et dixit. Sic populus iste et sic gēs i ante faciē meā dicit dominus. et sic omē opus manuū eorū. et oīa que obtulerunt ibi contaminata erūt. Et nunc ponite corda uestra a die hac. et sup. antequam ponerentur lapis super lapidē in templo dominus. Cum accederetis ad acerum. xx. modiorum. et fieret. x. Cum intraretis ad torcular. ut exprimeretis. l. lagenas. et fiebant. xx. Percussi uos uento urente et uredine. et grandine omnia opa manuū uestrarum. et non fuit in uobis qui reuerteretur ad me dicit dominus. Ponite corda uestra ex die ista et in futurum a die. xx. et quarta. noni mensis. a die que fundamenta iacta sunt templi domini. ponite super cor uestrum. Numquid iam semen in germine est. et adhuc uinea et ficus et malogranatū. et lignū oliue floruit. Ex die ista benedicam. Et factum est uerbum domini ad aggeum prophetam. xx. et. iiij. die mensis dicens. Loquere ad zorobabel ducē iuda dicens. Ego mouebo celum pariter et terram. et subuertam solium regnorum. et contrariam fortitudinem regni gentium. et subuertam quadrigam et ascensorē eius. et descendent equi et ascensores eorum. et uir in gladio fratris sui. In die illa dicit dominus deus exercituum. assumam te zorobabel filij salatiel seruē meus dicit dominus. et ponam te quasi signaculum quia te elegi dicit dominus. exercituum.

Aggeus sic dicit. Regis medorum. aggeum et zachariam prophetasse. lectiones eorum ad declarandum. Sed hac de causa aggeus zacharie in ordine prophetarum prelatus uidetur. quod eum duobus mensibus ut predicti lectiones ostendunt. in prophetia precessisse inuenitur. Ad restaurationem et templi precepto domini populum animasse. et dias refert dicens. In secundo anno dani regis persarum prophetauerunt aggeus. et zacharias filius abdo prophete. super iudeos qui erant in iudea et in ierusalem et super ierusalem. Tunc surrexerunt zorobabel filius salatiel. et ihesus filius iosedech. et principes eius. et inchoauerunt edificare domum dei. que est in ierusalem. Quibus cum adiuuerunt prophete. exortatione sua adiuuerunt eos. Nam et populum istum. ab imitatione patrum delictorum per suam commonitionem idem propheta cupiens reuocare.

ubi lectione apostolica usus est. Vidi nocte. et ecce uir ascendens super equum rubeum. Vidit propheta uirum in equo rubeo sedentem et stantem in medio mirtetti umbrosi. Cum uisionis hoc solutio est. Ut ascendens super equum rubeum. Ut angelus intelligatur. tamen quia predicti coloris equum ascendere uisus est. uidentem sanguinis in eam gentem significat. quam propheticam. Quam populum in captiuitatem redegerat. Nam et ysaias propheta per rubore uestimentorum. Iste gentis uidentem sanguinem ad profectum demonstrans. hijs uerbis usus est dicens. Quis est iste qui uenit de edom tinctis uestibus de bosra. Rubor uestimentorum eius uisus est. Stantem uero in medio mirtetti umbrosi quod dicit. Leticiam propheticam per mirtetti significationem uolunt significare. Cuius ligni mores in libro leticiae est facere mentionem. Accipietis die primo fructus ligni speciosi. ut leticiam propheticam per bonum oleum ligni umbraculum demonstrarent. Sed hanc uisionem que liberationem propheticam et uindictam de aduersarijs futuram demonstrat. ob hoc noctu propheta se uidisse memorauit quod populum in ipsa libertate de terra egipti noctu discessisse constabat. Cum ergo presens populus aliquid partem in se retinere uidebatur. Liberatio eius de ac redditus captiuitatis de terra caldeorum per noctem prophete est reuelata.

Incipit zacharias

In mense octauo in anno secundo dani factum est uerbum domini ad zachariam filium barachie filium abdo prophetam dicens. Iratus est dominus super patres uestros iracundia. Et dices ad eos. Hec dicit dominus deus exercituum. Conuertimini ad me dicit dominus exercituum. Et sitis sicut patres uestri quos clamabant prophete priores dicentes. Hec dicit dominus exercituum. Conuertimini de uijs uestris malis et cogitationibus uestris pessimis. et non audierunt. nec attenderunt ad me dicit dominus. Patres uestri ubi sunt prophete. Numquid in sempiternum uiuerunt. Verumptamen uerba mea et legitima mea que mandauit seruis meis prophetis. Numquid non comprehenderunt patres uestros. et conuersi sunt et dixerunt. Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis. secundum uias nostras et secundum adinuentiones nostras fecit nobis. In die. xx. et quarta undecimi mensis. Sabbati in anno secundo dani. factum est uerbum domini ad zachariam filium barachie filium abdo prophetam dicens. Vidi per noctem. et ecce uir ascendens super equum rubeum. et ipse stabat inter murteta que erant in profundo. et post eum equi rubi uarij et albi et dixi. Qui sunt isti domine mi. et dixit ad me angelus qui loquebatur in me. Ego ostendam tibi quid sunt hec. Et respondit uir qui stabat inter murteta et dixit. Isti sunt quos misit

Glo. sup. pris. xx. sup. carne.

Et conuertar ad nos dicit dominus exercituum

Mat. ij

De apostolis

deo ut pambulauerit eam. Et respondens
angelus dominj qui stabat inter myrteos. et
dixit. Ambulauimus eam. et ecce omnis ter-
ra habitatur et quiescit. Et respondit angelus dni
dixit. Dne exercituum usquequo tu non miseb-
eris ierlm et urbium iudee quibus iratus es iste
iam. lxx. anno est. Et respondit deus angelo qui loq-
batur in me uerba bona uerba consolatoria. Et dixit
ad me angelus qui loquebatur in me. Clama di-
cens. Hec dicit dns exercituum. Zelatus sum ierlm et sion
zelo magno et ira magna zelatus sum ei. Et ira
grauida. Hec dicit dns. Reuertar ad sion et habitabo
in medio ierlm. Et uocabitur ierlm ciuitas ueritatis
et mons dni exercituum mons sanctificatus. Hec dicit dns.
Adhuc habitabunt senes et anus in plateis ierlm. Et
unusquisque baculus in manu eius pre multitudine dierum.
Et plateę ciuitatis complebuntur infantibus et puellis
ludentibus in platea eius. Hec dicit dns exercituum. Si
mirum coram reliquo populo huius temporis istis die-
bus numquid coram me dicit dns exercituum. Hec dicit dns
exercituum. Ecce ego saluabo populum meum de terra
orientis et de terra occidentis solis. Et adducam eos
et habitabunt in medio ierlm. Et erunt mihi in populum
et ego ero eis in deum in ueritate et in iustitia. Hec dicit dns
exercituum. Confortentur manus uestre qui audistis in
ore prophetarum in die qua fundatum est domus dni exer-
cituum templum ut edificaretur. Quia ante dies illos
merces hominis non erat et merces iumenti nulla et
introeunti et exeunti non erat pax a facie tribulantis
et dimisi omnes homines unusquisque contra proximum
suum. Nunc autem non secundum dies priores ego
faciam reliquis populi huius dicit dns exercituum. Quia
semen pacificum erit uinea dabit fructum suum et terra
dabit germen suum et celi dabunt rorem suum et
possidere faciam reliquias populi huius omnia hec. Et
erit sicut eratis maledictio in gentibus domus iuda et
domus israhel sic saluabo uos et eritis benedicti nolite
timere confortentur manus uestre. Quia hec dicit dns
exercituum. Sicut cogitaui ut adfligerem uos cum ad
iracundiam prouocassent me patres uestri dicit dns exer-
cituum et non sum misertus. Sic conuersus cogitaui in
diebus istis ut benefaciam domui iuda et domui israhel
nolite timere. Hec sunt autem que facietis loquimini
ueritatem unusquisque cum proximo suo. Iudicium
uerum iudicate in portis uestris et facite pacem. Et
unusquisque malum contra amicum suum ne diligatis
falsum iusiurandum quia omnia hec sunt que odi dicit
dns. Et factus est sermo dni exercituum ad me dicens.
Hec dicit dns exercituum. Ieiunium quarti et ieiunium
quinti et ieiunium septimi et ieiunium decimi erit do-
mui iuda in gaudium et in letitiam et in solemnitates
bonas. Veritatem tantummodo diligite. Hec dicit dns
exercituum. Adhuc habitabunt populi et habitatores
plurimarum ciuitatum. Et habitatores unius ciuitatis
ad alteram pergent dicentes. Eamus deprecemur
faciem dni et quęramus dnm exercituum. Vadam et
ego quoque. Et uenient populi multi et gentes robuste
quęrere dnm exercituum in ierlm et deprecari faciem
dni. Hec dicit dns exercituum. In diebus illis apprehen-
dent decem uiri ex omnibus linguis gentium et apprehen-
dent fimbriam uiri iudei dicentes. Ibimus uobiscum
audiuimus enim deum esse uobiscum. Et dixit ad me
dns exercituum. Ecce ego adducam super habitatores
terre illius et super ciuitates eius. Et erit ciuitas
quam ego elegi sanctificabitur in ea. Et ego ero ei
murus ignis in circuitu et in gloria ero in medio eius.
Et ecce ego eripiam populum meum de terra orientis
et de terra occidentis solis. Et adducam eos et habi-
t

et facies qui dat eleemosynam miser me ad uc. et uos ē despice uos qui uic. et ecce uir ē in medio lapidē stagnicū i manu tribulū uinū ith ecce dominus qui dicant ī nomine tuum. et non erunt ei cum. et uo ē due olive stet ad dexteram candelabri et similiter eius. et dixi ad eū. quid ē due spice olive. et dixi ad eū. quid ē due spice olive que in manu duo uiri qui dicunt. quid ē istud dñe mi. et dixit ad me. nescis quid ē istud. et dixi. non dñe mi. et dixit ad me. hi duo filii splendoris sunt qui assistunt dñatori uniuerse terre.

V

Et conuersus sum et leuaui oculos meos et uidi et ecce uolumen uolans. et dixit ad me. quid tu uides. et dixi. ego uideo uolumen uolans. longitudo eius. xx. cubitorum et latitudo eius. x. cubitorum. et dixit ad me. hec est maledictio que egreditur super faciem omnis terre. omnis enim fur sicut ibi scriptum est iudicabit. et omnis iurans similiter iudicabitur. et eiciam illud dicit dominus exercituum et uenit ad domum furis et ad domum iurantis in nomine meo falsum. et commorabitur in medio domus eius et consumet eam cum lignis eius et lapidibus eius. et respondens angelus qui loquebatur in me et dixit ad me. leua oculos tuos et uide quid ē hoc quod egreditur. et dixi. quid ē ē hoc. et dixit. hec est amphora egrediens. et dixit. hoc est oculus eorum in uniuersa terra. et ecce talentum plumbi portabatur. et ecce mulier una sedens in medio amphore. et dixit hec malitia est. et proiecit eam in medio amphore. et misit massam plumbeam in os eius. et leuauit oculos meos et uidi et ecce due mulieres egrediebantur. et spiritus in alis earum. habebant alas quasi alas milui et leuauerunt amphoram inter terram et celum. et dixi ad angelum qui loquebatur in me. quo iste deferunt amphoram. et dixit ad me. hec est edificabitur domus ei in terra sennaar. et stabilita. et quiescet ibi in loco suo.

VI

Et conuersus sum et leuaui oculos meos et uidi. et ecce quatuor quadrige egredientes de medio duorum montium. et montes montes erei. In quadriga prima equi rufi. et in quadriga secunda equi nigri. et in quadriga tertia equi albi. et in quadriga quarta equi uarii fortes. et dixi ad angelum qui loquebatur in me. quid ē hoc domine mi. et dixit angelus ad me. isti sunt quatuor uenti celi qui egrediuntur ut stent coram dñatore omnis terre. in quibus equi nigri egrediuntur in terram aquilonis. et albi egressi sunt post eos. et uarii egressi sunt ad terram austri. et ualidi exierunt robustissimi exierunt ut pascantur per terram. et dixit ad me. ambula in terram. et pambulauerunt terram. et uocauit me et locutus est ad me dicens. ecce qui egrediuntur in terram aquilonis. requiescere fecerunt spm meum in terra aquilonis. et factum est uerbum dñi ad me dicens. sume a transmigratione ab holdai. et abdaia. et uenies tu in die illa. et intrabis domum iosie filii sophonie qui uenerunt de babilone. et sumes argentum et aurum et facies eis coronas et pones capiti iesu filii iosedech sacerdotis magni et loqueris ad eum dicens. hec ait dñs exercituum. ecce uir oriens nomen eius et subter eum oriemini. et edificabit templum dñi. et ipse edificabit templum dñi. et ipse portabit gloriam. et sedebit et dominabitur super solio suo. et erit sacerdos super solium suum. et consilium pacis erit inter illos duos. et corone erunt heleni et tobie et iedaie et hen. filio sophonie memoriale in templo dñi. et qui procul erunt edificabunt in templo dñi. et scietis quia dñs exercituum misit me ad uos. et erit hec si audientes audieritis uocem domini dei uestri.

VII

audire. Sine parabola aut non loquebatur
eis. Seorsum aut discipulis suis disserebat om
nia. Et facta est illa die. Cū sero esset dicit illis. Trans
eamus contra. Et dimittentes turbā assum
serunt eum in nauī. et erant cum eo. Et alia nauis
erat cum eo. Et facta est procella magna uen
ti. Et fluctus mittebat in nauē. ita ut iam
pleretur nauis. Et erat ipse in puppi super
cephal dormiens. et excitant eū et dicunt illi.
Magister non te pertinet q̄ perimus. Et exur
gens. minauit uento. Et dixit mari. Ta
ce. obmutesce. Et cessauit uentus. et facta
est tranquillitas magna. Et ait illis. Quid
timidi estis. Nec dū habetis fidē. Et timue
runt timore magno. et dicebant ad alterutrum
Quis putas est iste. q̄ uentus et mare obedi
unt ei. Et uenerūt trans freta maris in
regionē gerasenorū. Et exeunte eo de nauī
statim occurrit ei de monumentis homo in spi
ritu immundo. qui domicilium habebat in mo
numentis. et nec catenis iam quisq̄ poterat
eum ligare. quia sepe compedibus et catenis
uinctus. dirupisset catenas. et compe
des comminuisset. Et nemo poterat eum domare. Et
semper die ac nocte in monumentis et mon
tibus erat clamans. Et concidens se lapi

dilo. Videns autē illum alāgē ait cū ēr
ceperunt eum. & clamauit mare magna voce.
Quid mihi & tibi fili dei altissimi? adiuro
te per deum ne me torqueas. Dicebat enī
illi. Exi spūs immunde ab homine & mūgi
ebat ei. & rogabat eū. Et dicebat. Legio mi
hi & q multi sumus. Et deprecabantur eum
multū: ne se expelleret extra regionē. Erat
autē ibi circa montē grex porcoꝝ pascens.
Et rogabant eum dicentes. Mitte nos in
porcos ut eamus. Et statim ihc. Et
exeuntes spūs immundi intrauerūt in porcos
Et magno impetu grex precipitat ē in
mare ad duo milia. & suffocati sunt in
mari. Qui autē pascebāt eos fugerūt & nūtiauerūt
in ciuitatem & in agros. Et exierūt
ut uiderent quod esset factū. Et uenerūt ad
ihm & uident illū qui a demonio uexabatur
sedentē & uestitū & sanę mentis. Et timuerūt
qui uiderant quō factū erat ei & demonio & de porcis.
Et rogare eū cepērūt ut discederet de finibus
eoꝝ. Cū ascenderet naui cepit illi deprecari
qui a demonio uexatus fuerat ut cū eo
esset. Et non admisit eū sed ait illi. Vade in
domū tuā ad tuos. & nūtia illis quanta
tibi fecerit dñs & misertus fuerit tui. Abiit
et cepit predicare in decapoli quanta sibi
fecisset ihc. Et oēs mirabantur. Et cū
ascendisset ihc in naui rursū trāsfretauit
in eam ptem ubi cū multa ad eum. Et erat
circa mare. Et ecce unus de archisinagogis
nomine iayrus uidens eū, procidit ad pe
des eius. Et deprecabat eū multum dicens.
Q filiola mea in extremis ē uenī impone
manū tuam sup eam ut salua fiat. Et uiuat.
Et abijt cum illo. Et sequebatur eū turba
multa. Et comprimebat illū. Et mulier
q erat in fluxu sanguinis annis. xii.
Et fuerat multa perpessa a complurib
medicis. Et erogauerat omnia sua. Nec
quicq̄ p̄fecerat. Sed magis deterius habe
bat audisset de ihu. Venit in turba retro
Et tetigit uestimentū eius. Dicebat enī
q si tetigero uestimēta eius salua ero. Et cō
festim siccatus ē fons sanguinis eius.
Et sensit corpore q sanata ē a plaga.
Et statim ihc in semetipso cognoscēs
uirtutem q exierat de illo. Conuersus
ad turbam ait. Quis mihi tetigit uestimē
ta mea? Et dicebant ei discipuli sui.
Vides turbam comprimentē te. Et dicis
quis me tetigit? Et circumspiciebat uide
re eam que hoc fecerat. Mulier aut ti
mens et tremens sciens q factum est in
se uenit et procidit ante eum. Et dixit ei
ēm ueritatem. Ihc aut dixit ei. Filia
ce filiam fecit. Vade in pace et esto sana a
plaga tua. Adhuc eo loquente uenerunt
ad archisinagogū dicentes. Q filia tua
mortua ē. Quid ultra uocas magrum?
Ihc aut audito uerbo q dicebatur ait archi
sinagogo. Noli timere. tm modo crede. Et
nō admisit quēq̄ secū simul nisi petrū iacob
bum & iohm fratrē iacobi. Et uenit i do
mū archisinagogi. Et uidet tumultū. Et
flentes et ululantes multū. Et ingressus
ait eis. Quid turbamini & ploratis?
Puella nō ē mortua sed dormit. Et irridebāt
eum. Ipse uero eiecit omnes. assumit patrē
et matrē puelle et eos qui secū erant et ingre
ditur ubi puella erat iacens. Et tenuit
manū puelle et ait illi. Thabitha cumi q est
interpretatum puella. Tibi dico surge. Et cō
festim surrexit puella. & ambulabat. Erat aut
annoꝝ duodecim. Et obstupuerūt stupore em
agno. Et precepit illis ne cui hoc dicerent
dixit. Et iussit ei dari manducare.

Et egressus inde abijt in patriā suam. Et sequē
tur eum discipuli sui. Et cū factū esset sab
bati cepit in sinagoga docere. Et multi audi
tes admirabantur in doctrina eius dicen
tes. Vnde huic hec? Et que est sapia q data
est illi? Et uirtutes tales que per manus eius
efficiuntur? Nonne hic est fabri filius? mater
eius nūcupatur maria? Et fratres eius iacobi
& ioseph & iude & symonis? Nonne & sorores eius hic sunt? Et scandalizabantur in eo. Et dicebat eis ihc.
Quia non est propha sine honore nisi in patria sua
& in cognatione sua & in domo sua. Et nō
potuit ibi uirtutē ullā facere nisi pau
cis infirmis impositis manibus curā
uit. Et mirabatur propter incredulitatem
illoꝝ. Et circuibat castella in circui
tu docens. Et uocauit duodecim. Et cepit eos
mittere binos et dabat illis potestatem
spūum immundoꝝ. Et precepit eis. Ne quid
tollerēt in uia: nisi uirgā tantum.
Nō peram nō panem nō in zona es. Sed calcea
mentis. Et ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat illis. Quocūq;
introieritis in domū. ibi manete do
nec exeatis inde. Et quicūq; nō receper

tunc nec audiemur nec. et cum ea[m]
et nunc pulcritudē depellit nūs mōtis
monū illoꝝ. Et cum ea[m] ꝑdicabūt ū
prīā a generīe et domoma multa eiec
unt. Et ingrebunt oleos multoꝝ egro
et sanabunt nos. Et audiunt ea ꝑ
manū ihū. Et audiunt ea ꝑ hēdes
manū ihū in ciuī. Et nō ciuī dicebāt
ma iohīs bapta fuit ea. et nō elyā dicebāt
ma iohīs baptista fuit ea. et alii dicebāt
quia ꝓpha ē qualī unoꝝ ꝓphe
tar. Et audiuit hērodes rex. q. ego decolla
ui iohm. Ipe enī amo unus ex illis erat. Ipe enī
hērodes misit ad eū unū ex militib⁹ suis
et iussit eū adduci. Et ipe ligauit eū in
carcere ꝓ hērodiadē uxōē fratris
sui. Ph̄ilippi quia duxerat eā. dicebat enī
hērodi. Iohēs. Nō licet tibi uxōē fratris tui
hērodias autē insidiabatur illi. et uolebat
occidere eum nec poterat. hērodes enī me
uebat iohm sciens eū uirū iustū. et sanc
tū. et custodiebat eum. Et audito eo multa
faciebat. et libenter eū audiebat. Et cū dies
opportunus accidisset. hērodes in natali die
suo cenam fecit principibus suis. et tri
bunis. et primis galilee. Et cū introisset filia ipsius
hērodiadis et saltasset. et placuisset hērodi. si
mulq; recumbentibus rex ait puelle. Pete
a me q̄d uis dabo tibi. Et iurauit illi quia
quicquid petieris dabo tibi. Ly. dimidiū regni
mei. Et cum exisset dixit matri sue. Quid
petam. At illa dixit. Caput iohīs baptiste. Cū
q; introisset statim cum festinatione ad regem
petiuit dicens. Volo ut protinus des mihi
in disco caput iohīs baptiste. Et contristatus
est rex. ꝓpter iusiurandū. et ꝓpter eos
qui simul discumbebant noluit eam contristare. sed misso spiculatore
ꝓcepit afferri caput iohīs in disco.
Et decollauit eū in carcere. Et attulit caput
eius in disco. Et dedit illud puelle. et puella
dedit matri sue. Quo audito discipuli eius
uenerūt. et tulerūt corpus eius. et posuerūt illud
in monumento. Et conuenientes apli ad
ihm renuntiauerūt illi omnia q̄ egerāt
et docuerāt. Et ait illis. Venite seorsū in
desertū locū. et requiescite paululū. Erant enī
qui ueniebāt et redibant multi. et nec
spatium manducandi habebant. Et abeūtes
in nauī abierūt in desertū locū seorsum.
Et uiderunt eos abeuntes. et agnouerūt
multi. et pedestres de omnibus ciuitatibus
accurrerunt illuc. et preuenerūt eos. Et exi
ens uidit turbam multā. et misertus
est super eos. quia erant sicut oues nō
habentes pastorē et cepit eos docere mul
ta. Et cum iam hora ꝑcepta. accesserūt ad
illum discipuli eius. dicentes. Desertus est
locus iste. et iam hora ꝑterit. Dimitte eos
ut euntes in proximas uillas et uicos
emant sibi quod manducent. Et respon
dens ait illis. Date illis manducare. Et dixe
runt ei. Euntes emamus ducentis denariis pa
nes et dabimus illis manducare. Et dicit
eis. Quot panes habetis. Ite et uidete. Et
cum cognouissent dicunt. Quinq; et duos
pisces. Et ꝑcepit illis ut accumberent fac
tos per contubernia super uiride fenum.
Et discubuerūt in partes per centenos. et
per quinquagenos. Et accepit quinq; panes
et duos pisces. et respiciens in celū benedixit
et fregit et dedit discipulis suis ut ponerēt
eis. Et duos pisces diuisit omnibus. Et
manducauerunt oēs et saturati sunt. Et sustu
lerunt reliquias fragmentoꝝ. xii. cophinos
plenos et de piscib⁹. Erant aut qui manducauer. v. milia uirorum. Et statim coēgit
discipulos suos ascendere nauī. ut precederent eū trans fretū ad bethsaidā. dū ipse
dimitteret plebē. Et cū abiisset eos. abiit
in montē orare. Et cū esset ꝑ ante media
nocte. et ipse solus in terra. Et uidit
eos laborantes in remigando. erat enī
uentus contrarius eis. et quasi quarta uigilia
noctis uenit ad eos ambulans sup mare
et uolebat ꝑterire eos. At illi ut uiderūt eū
ambulantē sup mare. putauerūt fan
tasma esse et exclamauerunt. Omnes enī eum
uiderunt. et turbati sunt. Et statim loquutus est cū
eis et dicit eis. Confidite ego sū. nolite timere.
Et ascendit ad illos in nauī. et cessauit uen⁹.
Et ꝑ magis in se stupebant. Nō enī
intellexerūt de panibus. Erat enī cor illoꝝ
obcecatum. Et cū trans fretassent ꝑ
uenerunt in terrā genesareth. et applicuerūt.
Et cū egressi essent de nauī continuo agnouerūt eum. Et circumierūt totā regionē illam et ꝑ
perunt male sēlibus circumferre ubi audiebāt eū
esse. Et quocūq; introibat in uicos. uel in ciuitates uel in uillas. in plateis ponebāt infirmos.
et deprecabantur eum ut infirmi saltem fimbriam uestimēti eius tangerent. Et quotquot
cumq; tangebant eū salui fiebant. Et conuenerūt ad eū pharisei et quidā de scribis
uenientes ab hierosolymis. Et uidentes quosdam de discipulis eius communibus id est
non lotis manibus manducare panes. manus

mūnt. Y hanser aut̄ er ōs mea ñ cæbo
lunent manus ñ manducant cenēs
cudnoōs senoz. n a fero. ñ lup nent
ñ cēdunt. Erant multi ō. q̄ cudm ō
illis semane. In primis ma ciuitatis mee
zt cantabāt. Et cecit. Er mūgulabit ei
plancter sēle dicentes. Cunne dilapi
nat. ñ ambulant in ira mea in medio ñē semo
z. ōs. comunibz manib; manducāt pun
em. Z ille xps dīt eis. Bñ ypha ut ſſ
mal cenb; y̆ cecit. sicut scripti ē. q̄ſ
p̄ labijs me honorat. cor aūt eoz. lōge est
a me. In manū aūt me colunt. docentes doc
trinas et p̄cepta hoīm. Z elongauit aute
mandatum dei tenetis traditōē hoīm.
Baptismata urceoz zt calicū. zt alia sīlia
hijs facit multa. Y dicebat illi. Bene
irritū facitis ūbum dei. ut traditōē
vām seruetis. Moyses enī dixit. Hono
ra patrē tuū zt matrē tuā. Et q̄ maledi
cit patri uel matri morte moriatur.
Vos aūt dicitis. Si dixerit ho patri aut ma
tri corbā q̄ē dōn q̄cūq; ex me tibi pro
dest. Et ultra ñ dimittitis eū quicq̄
facere patri suo. aut matri rēdentes
ūbum dei. per traditōnē vām q̄ tra
didistis. Z multa similia huiusmodi fa
citis. Et adocatis iterū turbis dicebat
illis. Audite me oēs zintelligite. Nichil
extra hoīm ē introiens in eū q̄ polſit eū coicinare. Sed q̄ de hoīe
procedunt illa ſ̄ cōicinant hoīm. Si q̄s habz aures audiendi audiat.
Et cum introisset in domū a turba
interrogabant eū discipuli sui parabolā.
Et ait illis. Sic nos imprudentes estis.
Nō intelligitis q̄ oē extrinsecus introiēs
in hoīem ñ pōt eū coicinare.
quia ñ intrat in cor eius. sed in ventrem. Et in secessum exit purgans oēs cibos.
Dicebat aūt q̄m que de hoīe exeūt
illa coicinant hoīē. Ab intus ē de cor
de hoīm de male cogitatōēs procedunt.
adulteria. fornicatiōēs. homicidia furta.
auaricie. nequicie. dolus. impudicicia.
oculus malus. blasphemie. superbia.
stultitia. Omnia h̄ mala ab intus procedunt. et coicinant hoīē. Et inde su
rgens abijt in fines tyri z sidonis.
Et ingressus domū neminē uoluit sci
ri. ñ potuit latere. Sed ex abinitio
audiuit de eo mulier cuius habebat spūm
immundū. Venit et cecidit ad pedes
eius. Erat enī mulier gentil. syrofenis
genere. Et rogabat eum ut demo
nium eiceret de filia eius. Qui dixit illi.
Sine prius saturari filios. Non est bonum
sumere panē filioz z mittere canib; ad
illa enim dixit ei. Vtiq; domine. Nam
et catelli comedunt sub mensa de mi
cis puerorū. Et dixit illi. Propter hūc ser
monē uade. exijt demonium de filia tu
a. Et cum abisset domū suam inuenit puellā
missum et demonium exisse.
Et iterū exiens de finib; tyri uenit per sido
nē ad mare galilee inter media fi
nes decapoleos. Et adducunt ei surdū
et mutum et deprecabantur eum ut impo
nat illi manū. Et apprehendens eū de tur
ba seorsum misit digitos suos in auriculas
eius. Et exspuens tetigit ei linguā eius.
Et suspiciens in celum ingemuit et dixit
illi. Effeta. q̄ ē adaperire. Et statim apti
ti sunt aures eius. et solutū ē uinculū linguē eius.
et loquebatur recte. Et precepit illi ne cui
dicerent. Quanto aūt eis precipiebat tanto
magis plus predicabant. et eo amplius admi
rabantur dicentes. Bñ omnia fecit. Surdos
fecit audire et mutos loqui.

VIII

In illis diebus cum turba multa esset et cum
non haberent q̄ manducarent. Conuocans
discipulos ait illis. Misereor turbe
quia ecce iā triduo sustinent me nec habent q̄
manducent. Et si dimisero eos ieiunos
in domū suam defice in via. Quidam
de eis de longe uenerāt. Et respondit ei discipu
li. Unde istos poterit quis hic saturare
panibus solitudine? Et interrogauit eos.
Quos panes habetis? Qui dixerūt. Septē
Et precepit turbe discūbere sup terrā. Et accipiens
vii. panes gratias agens fregit et dabat
discipulis suis ut apponerent. Et apposuerūt
turbe. Et habebant pisciculos paucos. et
eos benedixit et iussit apponi. Et manducauerūt et saturati
sunt. Et sustulerūt q̄ superauerunt de fragmētis. vii. sportas. Erant aūt
qui manducauerūt quasi. iiii. milia. Et dimisit eos. Et statim ascendit nauē cū discipuli
sui z uenit in partes dalmanutha. Et
exierūt pharisei et ceperūt cū eo conquirere signū de celo tentantes
eum. Et ingemiscens spū ait. Quid ge
nerō hec signū requirit signū? Amen dico uobis si
dabitur generōi huic signū. Et dimit

vens eos ascendit in naviculam abiit
in civitatem suam et ecce offerebant
ei paralyticum iacentem in lecto
et videns ihesus fidem illorum dixit
paralytico confide fili remittuntur
tibi peccata tua et ecce quidam de
scribarum dixerunt intra se hic
blasphemat et cum vidisset ihesus
cogitationes eorum dixit ut quid
cogitatis mala in cordibus vestris
quid est facilius dicere dimittuntur
tibi peccata tua an dicere surge et
ambula ut autem sciatis quia filius
hominis habet potestatem in terra
dimittendi peccata tunc ait tibi
surge tolle lectum tuum et vade
in domum tuam et surrexit et abiit
in domum suam videntes autem
turbe timuerunt et glorificaverunt
deum qui dedit potestatem talem
hominibus et transiens inde ihesus
vidit hominem sedentem in telonio
matheum nomine et ait illi sequere
me et surrexit et secutus est eum
et factum est dum recumberet in
domo illius et ecce multi publicani
et peccatores venientes discumbebant
cum ihesu et discipulis eius et
videntes pharisei dicebant discipulis
eius quare cum publicanis et peccatoribus
manducat magister vester
ihesus autem audiens ait non
egent sani medico sed qui male
habent quod autem dicit misericordiam
volo et non sacrificium
non enim veni vocare iustos sed
peccatores tunc accesserunt ad eum
discipuli iohannis dicentes quare
nos et pharisei ieiunamus frequenter
discipuli autem tui non ieiunant
et ait illis ihesus numquid possunt
filii sponsi lugere quamdiu cum
illis est sponsus venient autem dies
cum auferetur ab eis sponsus et
tunc ieiunabunt nemo autem mittit
commissuram panni rudis in vestimento
vetere tollit enim plenitudinem
eius vestimenti a veteri et
peior scissura fit neque mittunt
vinum novum in utres veteres
alioquin rumpuntur utres et vinum
effundetur et utres pereunt sed
vinum novum in utres novos mittendum
est et utraque conservantur
hec illo loquente ecce princeps
unus accessit et adorabat eum
dicens quia filia mea modo defuncta
est sed veni et impone manum
tuam super eam et vivet et surgens
ihesus sequebatur eum et discipuli
eius et ecce mulier que sanguinis
fluxum patiebatur duodecim annis
accessit retro et tetigit fimbriam
vestimenti eius dicebat enim intra
se si tetigero tantum vestimentum
eius salva ero at ihesus conversus
et videns eam dixit confide filia
fides tua te salvam fecit et salva
facta est mulier ex illa hora et
cum venisset ihesus in domum
principis et vidisset tibicines et
turbam tumultuantem dicebat
recedite non enim mortua est puella
sed dormit et deridebant eum
et cum ejecta fuisset turba introivit
et tenuit manum eius et surrexit
puella et exivit fama hec in universam
terram illam et transeunte
inde ihesu secuti sunt eum duo
ceci clamantes et dicentes miserere
nostri fili david tunc accesserunt
ad eum ceci et dicit eis ihesus
credetis quia possum hoc facere
vobis dicunt ei utique domine
tunc tetigit oculos eorum dicens
secundum fidem vestram fiat vobis
et aperti sunt oculi eorum et
comminatus est illis ihesus dicens
videte ne quis sciat at illi exeuntes
diffamaverunt eum in universa
terra illa egredientibus autem illis
ecce obtulerunt ei hominem mutum
demonium habentem et ejecto
demonio locutus est mutus et
admirata sunt turbe dicentes
quia numquam apparuit sic in
israel pharisei autem dicebant in
principe demoniorum ejicit demonia
et circuibat ihesus civitates
omnes et castella docens in synagogis
eorum et predicans evangelium
regni et curans omnem
languorem et omnem infirmitatem
videns autem turbas misertus est
eis quia erant vexati et jacentes
sicut oves non habentes pastorem
tunc dicit discipulis suis messis
quidem multa operarii autem pauci
rogate ergo dominum messis ut
mittat operarios in messem suam
et convocatis duodecim discipulis
suis dedit illis potestatem spirituum
immundorum ut ejicerent eos
et curarent omnem languorem et
omnem infirmitatem nomina autem
duodecim apostolorum hec sunt
primus simon qui dicitur petrus
et andreas frater eius iacobus
zebedei et iohannes frater eius
philippus et bartholomeus thomas
et matheus publicanus iacobus
alphei et lebeus qui cognominatus
est thaddeus simon chananeus et
iudas iscariotes qui et traditor
fuit eius hos duodecim misit ihesus
precipiens eis dicens in viam gentium
ne abieritis et in civitates
samaritanorum ne introieritis sed
ite potius ad oves que perierunt
domus israel euntes autem predicate
dicentes quia appropinquavit
regnum celorum infirmos curate
leprosos mundate demones ejicite
gratis accepistis gratis date nolite
possidere aurum neque argentum
neque pecuniam in zonis vestris
non peram in viam neque duas
tunicas neque calceamenta neque
virgam dignus enim est operarius
cibo suo in quamcumque autem
civitatem aut castellum intraveritis
requirite quis in ea dignus sit et
ibi manete donec exeatis intrantes
autem in domum salutate eam
et si fuerit domus illa digna veniat
pax vestra super eam si autem non
fuerit digna pax vestra ad vos
revertatur et quicumque non receperit
vos neque audierit sermones
vestros exeuntes foras domum aut
civitatem illam excutite pulverem
de pedibus vestris amen dico vobis
tolerabilius erit terre sodomorum
et gomorreorum in die iudicii quam
civitati illi ecce ego mitto vos sicut
oves in medio luporum estote ergo
prudentes sicut serpentes et simplices
sicut columbe cavete autem
ab hominibus tradent enim vos in
consiliis suis et in synagogis suis
flagellabunt vos et ante presides
autem et reges ducemini propter me
in testimonium illis et gentibus
cum autem tradiderint vos nolite
cogitare quomodo aut quid loquamini
dabitur enim vobis in illa hora
quid loquamini non enim vos estis
qui loquimini sed spiritus patris
vestri qui loquitur in vobis tradet
autem frater fratrem in mortem et
pater filium et insurgent filii in
parentes et morte afficient eos et
eritis odio omnibus propter nomen
meum qui autem perseverabit usque
in finem hic salvus erit cum autem
persecuti vos fuerint in civitate hac
fugite in aliam amen enim dico vobis
non consummabitis civitates israel
donec veniat filius hominis non est
discipulus super magistrum neque
servus super dominum suum sufficit
discipulo ut sit sicut magister eius
et servus sicut dominus eius si patremfamilias
Beelzebub vocaverunt
quanto magis domesticos eius
nolite ergo timere eos nichil enim
opertum quod non revelabitur et
occultum quod non scietur dicite
vos in tenebris quod dico vobis in
lumine et quod in aure auditis
predicate super tecta et nolite timere
eos qui occidunt corpus animam
autem non possunt occidere sed
potius timete eum qui potest animam
et corpus perdere in gehenna
nonne duo passeres asse veneunt
et unus ex illis non cadet super
terram sine patre vestro vestri
autem capilli capitis omnes numerati
sunt nolite ergo timere multis
passeribus pluris estis vos omnis
ergo qui confitebitur me coram
hominibus confitebor et ego eum
coram patre meo qui in celis est
qui autem negaverit me coram
hominibus negabo et ego eum coram
patre meo qui in celis est nolite
arbitrari quia venerim pacem mittere
in terram non veni pacem mittere
sed gladium veni enim separare
hominem adversus patrem suum et
filiam adversus matrem suam et
nurum adversus socrum suam et
inimici hominis domestici eius qui
amat patrem aut matrem plus quam
me non est me dignus et qui amat
filium aut filiam plus quam me non
est me dignus et qui non accipit
crucem suam et sequitur me non
est me dignus qui invenerit animam
suam perdet eam et qui perdiderit
animam suam propter me inveniet
eam qui recipit vos me recipit et
qui me recipit recipit eum qui me
misit qui recipit prophetam in nomine
prophete mercedem prophete
accipiet et qui recipit iustum in
nomine iusti mercedem iusti accipiet
et quicumque potum dederit uni
ex minimis istis tantum calicem
aque frigide tantum in nomine discipuli
amen dico vobis non perdet
mercedem suam

Et factum est cum consummasset
ihesus parabolas istas transtulit
se inde et venit in civitatem suam
et docebat eos in synagogis eorum
ita ut mirarentur et dicerent unde
huic sapientia hec et virtutes nonne
hic est fabri filius nonne mater eius
dicitur maria et fratres eius iacobus
et ioseph et simon et iudas et sorores
eius nonne omnes apud nos sunt
unde ergo huic hec omnia et scandalizabantur
in eo ihesus autem dixit
eis quia non est propheta sine honore
nisi in patria sua et in domo sua
et non fecit ibi virtutes multas
propter incredulitatem eorum

In illo tempore audivit herodes
tetrarcha famam ihesu et dixit
pueris suis hic est iohannes baptista
ipse surrexit a mortuis et propterea
virtutes operantur in eo herodes
enim tenuit iohannem et ligavit eum
et posuit in carcere propter herodiadem
uxorem philippi fratris sui
dicebat enim iohannes non licet tibi
habere eam et volens eum occidere
timuit populum quia sicut prophetam
eum habebant natalitia autem
herodis celebrabantur in medio
saltavit filia herodiadis in medio
et placuit herodi unde cum iuramento
pollicitus est ei dare quodcumque
petisset ipsa autem instructa
a matre sua ait da mihi hic in disco
caput iohannis baptiste et contristatus
est rex propter iusiurandum
et propter eos qui simul recumbebant
iussit dari et misit decollavit
iohannem in carcere et allatum est
caput eius in disco et datum puelle
et detulit matri sue et accesserunt
discipuli eius et tulerunt corpus
et sepelierunt illud et venientes
nuntiaverunt ihesu audito autem
ihesus secessit inde in navi in locum
desertum seorsum et cognoverunt
turbe et secute sunt eum pedestres
de civitatibus et exiens vidit multam
turbam et misertus est eis et curavit
infirmos eorum cum autem
sero factum esset accesserunt ad
eum discipuli eius dicentes desertus
est locus et hora iam preterit
dimitte turbas ut euntes in castella
que circa sunt emant sibi escas
ihesus autem dixit eis non habent
necesse ire date illis vos manducare
et dicunt ei non habemus hic nisi
quinque panes et duos pisces ille
autem dixit eis afferte mihi hic illos
et iussit turbas discumbere super
fenum et accepit quinque panes et
duos pisces et respiciens in celum
benedixit et fregit et dedit discipulis
suis panes et discipuli turbis et
manducaverunt omnes et saturati
sunt et sublatum est quod superfuit
fragmentorum duodecim cofinos
plenos fuisse ait illis ihesus date
illis vos manducare et dicunt ei
quinque panes hic nisi forte ibimus
nos et emamus omni populo hoc
et dicit illis ihesus quot panes habetis
ite et videte et cognoscentes
dicunt quinque et unum scilicet
et duos pisces et iussit omnes
fieri discumbere per contubernia
super viridem fenum et discubuerunt
ordines per centenos et per
quinquagenos et accepit quinque
panes et duos pisces et respiciens
in celum benedixit et fregit panes
et dedit discipulis suis ut apponerent
illis et duos pisces divisit omnibus
et manducaverunt omnes et
saturati sunt et tulerunt reliquias
duodecim cofinos fragmentorum
plenos et fuerunt manducantes
quinque milia virorum exceptis
mulieribus et parvulis et statim
compulit ihesus discipulos suos
ascendere navem et precedere eum
trans fretum ad bethsaidam donec
ipse dimittat populum et cum dimisisset
populum ascendit in montem
solus orare vespere autem facto
navis in medio mari erat et ipse
solus in terra et videns eos laborantes
in remigando erat enim ventus
contrarius eis et circa quartam
vigiliam noctis venit ad eos ihesus
ambulans super mare et volebat
preterire eos qui autem videbant
eum ambulantem super mare putaverunt
quod fantasma esset et
prae timore clamaverunt continuo
enim ihesus locutus est cum eis et
ait illis confidite ego sum nolite
timere respondens autem petrus
dixit illi domine si tu es iube me
venire ad te super aquas et ait
veni et descendens petrus de navi
ambulavit super aquas ut veniret
ad ihesum videns autem ventum
validum timuit et cum cepisset
mergi clamavit dicens domine salva
me statim autem ihesus extendens
manum apprehendit eum et dixit
illi modicae fidei quare dubitasti
et cum ascendisset navem cessavit
ventus et venientes in navem adoraverunt
eum dicentes vere filius dei
es et transfretantes venerunt in
terram genesar et cum cognovissent
viri loci illius miserunt in universam
regionem illam et obtulerunt
ei omnes male habentes et deprecabantur
eum ut vel fimbriam vestimenti
eius tangerent et quicumque
tetigerunt salvi facti sunt

Tunc accesserunt ad eum scribe
et pharisei ab hierosolymis dicentes
quare discipuli tui transgrediuntur
traditionem seniorum non enim
lavant manus suas cum panem
manducant qui respondens ait illis
quare et vos transgredimini mandatum
dei propter traditionem vestram
deus enim dixit honora patrem
et matrem et qui maledixerit patri
vel matri morte moriatur vos autem
dicitis quicumque dixerit patri vel
matri munus quodcumque fuerit
ex me tibi proderit et non honorificabit
patrem suum aut matrem
suam et irritum fecistis mandatum
dei propter traditionem vestram
hypocrite bene prophetavit de vobis
isaias propheta dicens populus
hic labiis me honorat cor autem
eorum longe est a me sine causa
autem colunt me docentes doctrinas
et mandata hominum et convocata
turba dixit illis audite et intelligite
non quod intrat in os coinquinat
hominem sed quod procedit de ore
hoc coinquinat hominem tunc accedentes
discipuli dixerunt illi scis
quia pharisei audito verbo scandalizati
sunt respondens autem ait
omnis plantatio quam non plantavit
pater meus celestis eradicabitur
sinite illos duces sunt illi autem
caeci caecorum caecus autem si
caecum ducat ambo in foveam cadent
respondens autem petrus dixit
illi edissere nobis parabolam istam
at ihesus dixit adhuc et vos sine
intellectu estis non intelligitis quia
omne quod in os intrat in ventrem
vadit et in secessum emittitur
quae autem procedunt de ore de
corde exeunt et ea coinquinant
homines de corde enim exeunt cogitationes
malae homicidia adulteria
fornicationes furta falsa testimonia
blasphemiae haec sunt quae coinquinant
hominem non lotis autem
manibus manducare non coinquinat
hominem et ecce mulier chananea
a finibus illis egressa clamavit dicens
ei domine fili david filia mea male
a demonio vexatur qui non respondit
ei verbum et rogabant eum discipuli
eius dicentes dimitte eam quia
clamat post nos ipse autem respondens
ait non sum missus nisi ad oves
que perierunt domus israel mulier
autem venit et adorabat eum dicens
domine adiuva me ipse autem respondens
ait non est bonum sumere
panem filiorum et mittere canibus
at illa dixit etiam domine nam et
catelli edunt de micis que cadunt
de mensa dominorum suorum tunc
respondens ihesus dixit ei mulier
magna est fides tua fiat tibi sicut
vis et sanata est filia eius ex illa
hora et cum transisset ihesus inde
venit secus mare galilee et ascendens
in montem sedebat ibi et accesserunt
ad eum turbe multe habentes
secum mutos claudos debiles
cecos multos et proiecerunt eos
ante pedes eius et curavit eos ita
ut turbe mirarentur videntes mutos
loquentes debiles sanos claudos
ambulantes et cecos videntes et
magnificabant deum israel ihesus
autem convocatis discipulis suis
dixit misereor super turbam quia
ecce iam triduo sustinent me nec
habent quod manducent et dimittere
eos ieiunos nolo ne forte deficiant
in via et dicunt ei discipuli unde
nobis in deserto tot panes ut saturemus
turbam tantam ihesus autem
dicit eis quot panes habetis at illi
dixerunt septem et pusillos pisciculos
et precepit turbae ut discumberent
super terram et accepit septem
panes et pisces et gratias agens
fregit et dedit discipulis suis et
discipuli turbae et manducaverunt
omnes et saturati sunt et quod
superfuit fragmentorum tulerunt
septem sportas plenas et qui manducaverunt
fuerunt quatuor milia
virorum exceptis parvulis et mulieribus
et dimissis turbis ascendit
navem et venit in fines magedan
et exeuntes pharisei et sadducei
temptantes interrogabant eum ut
signum de celo ostenderet illis at
ille respondens dixit eis facta sero
dicitis serenum rubicundum est
enim celum et mane hodie tempestas
rubicundum enim et triste
est celum hypocrite faciem celi
dijudicare nostis signa autem temporum
non potestis scire generatio
mala et adultera signum requirit
et signum non dabitur ei nisi signum
ionae prophete et dimittens
illos abiit et cum venissent discipuli
eius trans fretum oblitus fuerant
panes accipere nisi unum panem
tantum non habebant secum et
precipiebat eis dicens videte et
cavete a fermento pharisaeorum et
sadducaeorum at illi cogitabant
intra se dicentes quia panes non
accepimus quod autem non habeatis
panes dixit ihesus modicae fidei
quid cogitatis mala in cordibus
vestris quia panes non habetis
nondum intelligitis neque recordamini
quinque panes quinque milium
hominum et quot cofinos
fragmentorum sustulistis neque
septem panes quatuor milium hominum
et quot sportas fragmentorum
sustulistis quomodo non intelligitis
quia non de pane dixerim vobis
cavete a fermento pharisaeorum et
sadducaeorum tunc intellexerunt
quod non dixisset cavendum a fermento
panum sed a doctrina pharisaeorum
et sadducaeorum venit autem
ihesus in partes cesaree philippi
et interrogabat discipulos suos
dicens quem dicunt homines esse
filium hominem illi autem dixerunt
alii iohannem baptistam alii autem
helyam alii vero hieremiam aut
unum ex prophetis dicit illis ihesus
vos autem quem me esse dicitis
respondens autem simon petrus dixit
tu es christus filius dei vivi respondens
autem ihesus dixit ei beatus
es simon bar iona quia caro et sanguis
non revelavit tibi sed pater
meus qui in celis est et ego dico tibi
quia tu es petrus et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam et
portae inferi non prevalebunt adversus
eam et tibi dabo claves regni
celorum et quodcumque ligaveris
super terram erit ligatum et in celis
et quodcumque solveris super terram
erit solutum et in celis tunc precepit
discipulis suis ne cui dicerent
quia ipse esset ihesus christus
exemplum

Ex illo tempore cepit ihesus ostendere
discipulis suis quia oportet
eum ire hierosolymam et multa pati
a senioribus et principibus sacerdotum
et scribis et occidi et tertia die
resurgere et proficiscebatur petrus
et coepit increpare eum dicens absit
a te domine non erit tibi hoc ille
autem conversus dixit petro vade
retro me satana scandalum es mihi
quia non sapis ea que dei sunt sed
que sunt hominum tunc ihesus dixit
discipulis suis si quis vult post me
venire abneget semetipsum et tollat
crucem suam et sequatur me qui
enim voluerit animam suam salvam
facere perdet eam qui autem perdiderit
animam suam propter me
inveniet eam quid enim prodest homini
si mundum universum lucretur
detrimentum vero animae suae patiatur
aut quam dabit homo commutationem
pro anima sua qui enim me confessus
fuerit coram hac
generatione et hac adultera peccatrice
filius hominis confitebitur
illo cum venerit in gloria patris sui
cum angelis sanctis

Et post vi. dies assumpsit ihesus petrum
iacobum et iohannem fratrem
eius et duxit illos in montem
excelsum solos et transfiguratus est
coram ipsis et resplenduit facies eius
sicut sol vestimenta autem eius facta
sunt alba sicut nix quae nullo modo
fullo super terram potest facere candida
sicut ei apparuerunt moyses et helyas
cum ihesu et respondens petrus
ait ihesu bonum est nos hic esse
faciamus hic tria tabernacula tibi
unum moysi unum et helye unum
adhuc eo loquente ecce nubes lucida
obumbravit eos et ecce vox de nube
dicens hic est filius meus dilectus
in quo mihi bene complacui ipsum
audite et audientes discipuli ceciderunt
in facies suas et timuerunt
valde et accessit ihesus et tetigit eos
et ait illis surgite et nolite timere
levantes autem oculos suos neminem
viderunt nisi solum ihesum descendentibus
autem illis de monte precepit
illis ihesus dicens nemini dixeritis
visionem hanc donec filius hominis
a mortuis resurgat et interrogaverunt
eum discipuli dicentes quid
ergo scribae dicunt quod helyam
oportet venire primum at ihesus
respondens ait illis helyas quidem
venturus est et restituet omnia dico
autem vobis quoniam helyas iam
venit et non cognoverunt eum sed
fecerunt in eo quaecumque voluerunt
sic et filius hominis passurus est
ab eis tunc intellexerunt discipuli
quod de iohanne baptista dixisset
eis et cum venissent ad turbam accessit
ad eum homo procumbens genibus
ante eum et dicens domine
miserere filio meo quia lunaticus est
et male patitur nam frequenter cadit
in ignem et frequenter in aquam
et obtuli eum discipulis tuis et non
potuerunt curare eum respondens
autem ihesus dixit o generatio incredula
et perversa quousque ero
vobiscum quousque patiar vos adhuc
illum huc ad me et increpavit illum
ihesus et egressus est ab eo demonium
et sanatus est puer ex illa hora
tunc accesserunt discipuli ihesum
secreto et dixerunt quare nos non
potuimus eicere eum ait illis ihesus
propter incredulitatem vestram amen
enim dico vobis si habueritis fidem
sicut granum sinapis dicetis huic
monti transi hinc illuc et transibit
et nichil impossibile erit vobis hoc
autem genus non eicitur nisi per
orationem et ieiunium conversantibus
autem eis in galilea dixit
illis ihesus futurum est filium hominis
tradendum in manus hominum
et occident eum et die tertia resurget
et contristati sunt vehementer
et cum venissent capharnaum accesserunt
qui didragma accipiebant
ad petrum et dixerunt magister
vester non dat didragma ait illis
utique dat et cum intrasset domum
prevenit eum ihesus dicens quid tibi
videtur simon reges terrae a quibus
accipiunt tributum vel censum a
filiis suis an ab alienis dixit autem
petrus ab alienis ihesus ait illi ergo
liberi sunt filii ut autem non scandalizemus
eos vade ad mare et mitte
hamum et eum piscem qui primus
ascenderit tolle et aperto ore illius
invenies staterem illum sumens da
eis pro me et te

In illa hora accesserunt discipuli
ad ihesum dicentes quis putas maior
est in regno celorum et advocans
ihesus parvulum unum statuit eum
in medio eorum et dixit amen dico
vobis nisi conversi fueritis et efficiamini
sicut parvuli non intrabitis
in regnum celorum quicumque ergo
humiliaverit se sicut parvulus iste
hic est maior in regno celorum et
qui susceperit unum parvulum talem
in nomine meo me suscipit qui autem
scandalizaverit unum de pusillis
istis qui credunt in me expedit ei
ut suspendatur mola asinaria in
collo eius et demergatur in profundum
maris vae mundo a scandalis
necesse est enim ut veniant scandala
verumtamen vae homini illi per
quem scandalum venit si autem
manus tua vel pes tuus scandalizat
te abscide eum et proice abs te bonum
tibi est ad vitam ingredi debilem
vel claudum quam duas manus
habentem vel duos pedes mitti in
ignem aeternum et si oculus tuus
scandalizat te eice eum et proice abs
te bonum tibi est cum uno oculo in
vitam intrare quam duos oculos
habentem mitti in gehennam ignis
videte ne contemnatis unum ex
pusillis istis dico enim vobis quia
angeli eorum in celis semper vident
faciem patris mei qui in celis est
quid vobis videtur si fuerint alicui
homini centum oves et erraverit
una ex eis nonne dimittit nonagintanovem
in montibus et vadit quaerere
eam que errat et si contigerit
ut inveniat eam amen dico vobis
quia gaudet super eam magis quam
super nonagintanovem que non
erraverunt non est voluntas ante
patrem vestrum qui in celis est ut
pereat unus de pusillis istis si autem
peccaverit in te frater tuus vade
et corripe eum inter te et ipsum
solum si te audierit lucratus eris
fratrem tuum si autem non audierit
adhibe tecum adhuc unum vel duos
ut in ore duorum vel trium testium
stet omne verbum si autem non audierit
eos dic ecclesiae quod si ecclesiam
non audierit sit tibi sicut ethnicus
et publicanus amen dico vobis quae
alligaveritis super terram erunt
ligata et in celo et quae solveritis
super terram erunt soluta et in celo
iterum dico vobis quia si duo ex
vobis consentient super terram de
omni re quamcumque petierint fiet
illis a patre meo qui in celis est ubi
enim sunt duo vel tres congregati
in nomine meo ibi sum in medio
eorum tunc accedens petrus ad eum
dixit domine quotiens peccabit in
me frater meus et dimittam ei usque
septies dicit illi ihesus non dico tibi
usque septies sed usque septuagies
septies propter hoc simile factum
est regnum celorum homini regi qui
voluit rationem ponere cum servis
suis et cum coepisset rationem ponere
oblatus est ei unus qui debebat
decem milia talenta cum autem non
haberet unde redderet iussit eum
dominus eius venire et vendi et
uxorem eius et filios et omnia quae
habebat et reddi procidens autem
servus ille orabat eum dicens patientiam
habe in me et omnia reddam
tibi misertus autem dominus servi
illius dimisit eum et debitum dimisit
ei egressus autem servus ille invenit
unum de conservis suis qui debebat
ei centum denarios et tenens
suffocabat eum dicens reddi quod
debes et procidens conservus eius
rogabat eum dicens patientiam habe
in me et reddam tibi non autem
voluit sed abiit et misit eum in carcerem
donec reddat debitum videntes
autem conservi eius quae fiebant
contristati sunt valde et venerunt
et narraverunt domino suo omnia
quae facta fuerant tunc vocavit illum
dominus suus et ait illi serve nequam
omne debitum dimisi tibi quoniam
rogasti me nonne ergo oportuit et
te misereri conservo tuo sicut et ego
tui misertus sum et iratus dominus
eius tradidit eum tortoribus quoadusque
reddat universum debitum
sic et pater meus celestis faciet vobis
nisi remiserit unusquisque fratri suo
de cordibus vestris de peccatis eorum

Et factum est cum consummasset
ihesus sermones istos transtulit se
a galilea et venit in fines iudee trans
iordanem et secute sunt eum turbe
multe et curavit eos ibi et accesserunt
ad eum pharisei tentantes eum et
dicentes ei si licet homini dimittere
uxorem suam quacumque ex causa
qui respondens ait eis non legistis
quia qui fecit hominem ab initio
masculum et feminam fecit eos et
dixit propter hoc dimittet homo patrem
et matrem et adherebit uxori
suae et erunt duo in carne una itaque
iam non sunt duo sed una caro
quod ergo deus coniunxit homo non
separet dicunt illi quid ergo moyses
mandavit dare libellum repudii et
dimittere ait illis quoniam moyses
ad duritiam cordis vestri permisit
vobis dimittere uxores vestras ab
initio autem non fuit sic dico autem
vobis quia quicumque dimiserit uxorem
suam nisi ob fornicationem et
aliam duxerit moechatur et qui dimissam
duxerit moechatur dicunt ei
discipuli eius si sic est causa hominis
cum uxore non expedit nubere qui
dixit eis non omnes capiunt verbum
istud sed quibus datum est qui potest
capere capiat sunt enim eunuchi qui
de utero matris sue sic nati sunt et
sunt eunuchi qui castrati sunt ab
hominibus et sunt eunuchi qui castraverunt
semetipsos propter regnum
celorum qui potest capere capiat
tunc oblati sunt ei parvuli ut manus
eis imponeret et oraret discipuli
autem increpabant eos ihesus vero
dixit sinite parvulos et nolite eos
prohibere ad me venire talium est
enim regnum celorum et cum imposuisset
eis manus abiit inde et ecce
unus accedens dixit ei magister bone
quid boni faciam ut habeam vitam
eternam qui dixit ei quid me interrogas
de bono unus est bonus deus
si autem vis ad vitam ingredi serva
mandata dicit illi quae ihesus dixit
non homicidium non adulterium non
furtum non falsum testimonium
honora patrem et matrem et diliges
proximum tuum sicut te ipsum dicit
illi adolescens omnia haec custodivi
a iuventute mea quid adhuc mihi
deest ait illi ihesus si vis perfectus
esse vade vende quae habes et da
pauperibus et habebis thesaurum in
celo et veni sequere me audiens autem
adolescens verbum abiit tristis
erat enim habens multas possessiones
ihesus autem dixit discipulis suis
amen dico vobis quia dives difficile
intrabit in regnum celorum et iterum
dico vobis facilius est camelum per
foramen acus transire quam divitem
intrare in regnum dei audientes autem
discipuli mirabantur valde dicentes
quis ergo potest salvus fieri aspiciens
autem ihesus dixit illis apud homines
hoc impossibile est apud deum autem
omnia possibilia sunt tunc respondens
petrus dixit ei ecce nos dimisimus
omnia et secuti sumus te quid ergo
erit nobis ihesus autem dixit illis
amen dico vobis quod vos qui secuti
estis me in regeneratione cum sederit
filius hominis in sede maiestatis
sue sedebitis et vos super sedes duodecim
iudicantes duodecim tribus
israel et omnis qui reliquerit domum
vel fratres aut sorores aut patrem aut
matrem aut uxorem aut filios aut agros
propter nomen meum centuplum accipiet
et vitam aeternam possidebit
multi autem erunt primi novissimi
et novissimi primi simile est enim
regnum celorum homini patrifamilias
qui exiit primo mane conducere operarios
in vineam suam ex denario
autem cum operariis convenisset misit
eos in vineam suam et egressus circa
horam tertiam vidit alios stantes in
foro otiosos et illis dixit ite et vos in
vineam meam et quod iustum fuerit
dabo vobis illi autem abierunt iterum
exiit circa sextam et nonam horam et
fecit similiter circa undecimam autem
exiit et invenit alios stantes et dicit
illis quid hic statis tota die otiosi
dicunt ei quia nemo nos conduxit
dicit illis ite et vos in vineam meam
et quod iustum fuerit accipietis cum
sero autem factum esset dicit dominus
vineae procuratori suo vocavit
operarios et redde illis mercedem
incipiens a novissimis usque ad primos
cum ergo venissent qui circa undecimam
horam venerunt singulos denarios
accepit autem et primus arbitrati
sunt quod plus essent accepturi et
acceperunt et ipsi singulos denarios
et accipientes murmurabant adversus
patremfamilias dicentes quia novissimi
hi una hora fecerunt et pares
illos nobis fecisti qui portavimus pondus
diei et aestum respondens autem
unus dixit amice non facio tibi iniuriam
nonne ex denario convenisti mecum
tolle quod tuum est et vade volo autem
et huic novissimo dare sicut et tibi
an non licet mihi quod volo facere
an oculus tuus nequam est quia ego
bonus sum sic erunt novissimi primi
et primi novissimi multi enim sunt
vocati pauci vero electi

Et ascendens ihesus hierosolymam
assumpsit duodecim discipulos
suos secreto et in via dixit eis ecce
ascendimus hierosolymam et filius
hominis tradetur principibus sacerdotum
et scribis et damnabunt eum
morte et tradent eum gentibus ad illudendum
et flagellandum et crucifigendum
et tertia die resurget tunc
accessit ad eum mater filiorum zebedei
cum filiis suis adorans et petens
aliquid ab eo qui dixit ei quid vis
ait illi dic ut sedeant hi duo filii mei
unus ad dexteram tuam et unus ad
sinistram tuam respondens autem
ihesus dixit nescitis quid petatis
potestis bibere calicem quem ego
bibiturus sum et baptismo quo ego
baptizor baptizari dicunt ei possumus
ait illis calicem quidem meum bibetis
et baptismo quo ego baptizor baptizabimini
sedere autem ad dexteram
meam vel sinistram non est meum
dare vobis sed quibus paratum est a
patre meo et audientes decem indignati
sunt de duobus fratribus ihesus
autem vocavit eos ad se et ait scitis
quia principes gentium dominantur
eorum et qui maiores sunt potestatem
exercent in eos non ita erit inter vos
sed quicumque voluerit inter vos
maior esse sit vester minister et qui
voluerit in vobis primus esse erit
vester servus sicut filius hominis non
venit ministrari sed ministrare et
dare animam suam redemptionem
pro multis et egredientibus illis ab
hiericho secuta est eum turba multa
et ecce duo caeci sedentes secus viam
audierunt quia ihesus transiret et
clamaverunt dicentes miserere nostri
domine fili david turba autem increpabat
eos ut tacerent illi autem
magis clamabant dicentes miserere
nostri domine fili david et stetit ihesus
et vocavit eos et ait quid vultis
ut faciam vobis dicunt illi domine
ut aperiantur oculi nostri misertus
autem eorum ihesus tetigit oculos
eorum et confestim viderunt et secuti
sunt eum et cum appropinquassent
hierosolymis et venissent bethphage
ad montem olivet tunc ihesus misit
duos discipulos suos dicens eis ite in
castellum quod contra vos est et statim
invenietis asinam alligatam et
pullum cum ea solvite et adducite
mihi et si quis vobis aliquid dixerit
dicite quia dominus his opus habet
et continuo dimittet eos hoc autem
factum est ut adimpleretur quod dictum
est per prophetam dicentem
dicite filiae sion ecce rex tuus venit
tibi mansuetus sedens super asinam
et pullum filium subiugalis et euntes
discipuli fecerunt sicut precepit illis
ihesus et adduxerunt asinam et pullum
et imposuerunt super eos vestimenta
sua et eum desuper sedere fecerunt
autem plurima turba straverunt
vestimenta sua in via alii autem
caedebant ramos de arboribus et sternebant
in via turbae autem quae
praecedebant eum et quae sequebantur
clamabant dicentes osanna filio
david benedictus qui venit in nomine
domini osanna in excelsis et
cum intrasset hierosolymam commota
est universa civitas dicens quis
est hic turbae autem dicebant hic est
ihesus propheta a nazareth galilee
et intravit ihesus in templum dei et
eiciebat omnes vendentes et ementes
in templo et mensas numulariorum
et cathedras vendentium columbas
et dicit eis scriptum est domus mea
domus orationis vocabitur vos autem
facitis eam speluncam latronum et
accesserunt ad eum caeci et claudi in
templo et sanavit eos videntes autem
principes sacerdotum et scribae mirabilia
quae fecit et pueros clamantes
in templo et dicentes osanna filio
david indignati sunt et dixerunt ei
audis quid isti dicunt ihesus autem
dixit illis utique nunquam legistis
quia ex ore infantium et lactentium
perfecisti laudem et relictis illis foras
abiit civitatem in bethaniam ibique
mansit mane autem revertens in civitatem
esurivit et videns fici unam
secus viam venit ad eam et nichil invenit
in ea nisi folia tantum et ait
illi nunquam ex te fructus nascatur
in sempiternum et aruit continuo
ficulnea et videntes discipuli mirati
sunt dicentes quomodo continuo aruit
ficulnea respondens autem ihesus ait
illis amen dico vobis si habueritis fidem
et non haesitaveritis non solum de
ficulnea facietis sed et si monti huic
dixeritis tolle et mittere in mare fiet
et omnia quaecumque petieritis in
oratione credentes accipietis et cum
venisset in templum accesserunt ad
eum docentem principes sacerdotum
et seniores populi dicentes in qua
potestate haec facis et quis tibi dedit
hanc potestatem respondens autem
ihesus dixit illis interrogabo et ego
vos unum verbum quod si dixeritis
mihi et ego dicam vobis in qua potestate
haec facio baptismus iohannis
unde erat de caelo an ex hominibus
at illi cogitabant apud se dicentes
quia si dixerimus de caelo dicet nobis
quare ergo non credidistis illi si autem
dixerimus ex hominibus timemus
turbam omnes enim habent iohannem
sicut prophetam et respondentes
ihesu dixerunt nescimus ait illis et
ipse nolo vobis dicere in qua potestate
haec facio quid autem vobis videtur
homo quidam habuit duos filios et
accedens ad primum dixit fili vade
hodie operare in vinea mea ille autem
respondens ait nolo postea autem
paenitentia motus abiit accedens
autem ad alterum dixit similiter ille
autem respondens ait ego domine et
non abiit quis ex duobus fecit voluntatem
patris dicunt ei primus ihesus
ait illis amen dico vobis quia publicani
et meretrices praecedunt vos in regnum
dei venit enim ad vos iohannes
in via iustitiae et non credidistis ei
publicani autem et meretrices credidistis
ei vos autem videntes nec paenitentiam
habuistis postea ut credatis
illi audite parabolam alterius hominis
erat homo patrifamilias qui plantavit
vineam et sepem circumdedit
ei et fodit in ea torcular et aedificavit
turrem et locavit eam agricolis et
peregre profectus est cum autem
tempus fructuum appropinquasset
misit servos suos ad agricolas ut acciperent
fructus eius et agricolae apprehensis
servis eius alium caeciderunt
alium occiderunt alium vero lapidaverunt
iterum misit alios servos plures
quam priores et fecerunt illis similiter
novissime autem misit ad eos filium
suum dicens verebuntur filium meum
agricolae cum autem vidissent agricolae
filium dixerunt intra se hic est
heres venite occidamus eum et habebimus
hereditatem eius et apprehensum
eum eiecerunt extra vineam et occiderunt
cum ergo venerit dominus vineae
quid faciet agricolis illis aiunt illi
malos male perdet et vineam suam
locabit aliis agricolis qui reddant ei
fructum temporibus suis dicit illis
ihesus numquam legistis in scripturis
lapidem quem reprobaverunt aedificantes
hic factus est in caput anguli
a domino factum est istud et est mirabile
